

THE
PENNSYLVANIA
STATE UNIVERSITY
LIBRARY



PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM.

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS,
ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA
ECCLESIAE SÆCULÆ ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DERENTUR ABROLUTAS, DETECTIS AUCTA; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TONOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARIUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTANQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTONITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPTURÆ, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR. ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES PENE JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, DUCENTIS ET VIGINTI DUOBUS VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, DECEN ET CENTUM SUPRA MILLE FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLEX EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, NOVENQUE ET CENTUM VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA SEXAGINTA VOLUMINA PROBABILITER NON SUPERABIT ; DUM HUIUS VERSIO NERE LATINA TRIGINTA VOLUMINIBUS ABSOLVETUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE NERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; NECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEN VEL PRO SEX FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES FUTURIS PATROLOGIÆ SERIEBUS APPLICANTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NON NOBIS DEEST.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXXX.

THEODORETUS CYRENSIS EPISCOPUS.

EXCUBEATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE. OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUCE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISIINA.

1864

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce rachat divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 21 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées: aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyages, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Ecriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'éditait; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les correcteurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une révision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on cliché. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge deux correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'in vraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques* dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en dix-huit mois d'étude, une seule faute dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzburg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre une seule faute, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P.itra, Bénédictin de Solesmes, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRES COÛP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet avis par les réflexions suivantes: Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs de Rome*, le *Gerdil* de Naples, le *Saint Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Suarez* et le *Spicilege* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Editeurs se préparent au *Bullaire* universel, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire* générale, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore.

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM V, ANNUS 458.



ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ,

ΑΠΑΝΤΑ.

THEODORETI,

CYRENSIS EPISCOPI,

OPERA OMNIA :

POST RECENSIONEM JACOBI SIRMONDI,

EDIDIT, GRÆCA E CODICIBUS LOCUPLETAVIT, ANTIQUIORES EDITIONES ADHIBUIT, VERSIONEM
LATINAM RECOGNOVIT, LECTIONUM VARIETATEM, AMPLISSIMOS INDICES ADJECIT

JOAN. LUDOV. SCHULZE

GR. ET OO. LL. IN ACAD. FRIDER. P. P. O.

(Halsæ 1769 et ann. seqq.):

ACCESSIT AUCTARIUM THEODORETI QUOD OLIM ADORNAVIT JOAN. GARNERIUS :

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.


TOMUS PRIMUS.

VENFUNT QUINQUE VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE. OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1864

458970



TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM V, ANNUS 458.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO LXXX CONTINENTUR.

THEODORETUS, CYRENSIS EPISCOPUS.

| | |
|--|----------------|
| Joannis Ludovici Schulzii Præfatio in omnia Theodoretæ opera. | <i>col.</i> 23 |
| Ejusdem dissertatio de vita et scriptis Theodoretæ. | 35 |
| Theodoretæ Quæstiones in loca difficilia Scripturæ sacræ. | |
| Quæstiones in Genesim. | 77 |
| — in Exodum. | 225 |
| — in Leviticum. | 298 |
| — in Numeros. | 350 |
| — in Deuteronomium | 401 |
| — in Josuam. | 438 |
| — in Judices. | 485 |
| — in Ruth. | 517 |
| — in libros Regum. | 529 |
| — in Paralipomena. | 801 |
| <i>(Accedunt variæ lectiones et additamenta ex præstantissima Catena Lipsiensi deprompta)</i> | |
| Interpretatio in Psalmos. | 857 |

NOTITIA HISTORICA ET LITTERARIA.

Fontes. — Theodoretii ipsius opera, praesertim epistolae: S. Leonis Magni epistolae; Acta concilii Ephesini (Mansi t. IV et V) et Chalcedonensis (Mansi t. VI et VII), Synodicon Cassinense (Opp. Theod. t. IV). — **Subsidia:** J. Garnerii *Historia Theodoretii et Dissertatio II de libris Theodoretii in Auctario Theodoretii seu Opp. t. V.* Paris. 1684, fol., p. 109-238; J. V. Schulze *Dissertatio de vita et scriptis Theodoretii in hujus Opp. (ed. Schulze Italiae 1769) t. I,* p. 1-32; Dupin t. IV, p. 81-118; Tillemont t. XV: *Theodoretus Bresque de Cyr*, p. 207-340 (cum notis p. 368-78); Ceillier t. XIV, chap. 4, (p. 32-267); Cas. Oudinot I, col. 1051-1134; G. Cave vol. I, p. 403-9; J. A. Fabricii *Biblioth. Graec.* vol. VIII, p. 377-509, et vol. VII, p. 429-32.

Theodoretus, matri sterili ob pias monachi cujusdam celebrati preces a Deo donatus, Antiochiaë c. a. 386 (vel 393) natus, et ab infantia Deo consecratus, mature disciplinas liberales et sanam fidem edoctus atque in sacris Litteris imbutus, præcepta simul et exempla sanctioris vitæ inter monachos hausit (a). Postquam non exiguo tempore in monasterio conversatus (b) atque lectoris et diaconi munere perfunctus esset, invitatus ordinatus est episcopus Cyri in Syria (a. 423 vel 420 (c)).

In munere episcopali præclaris virtutibus eminebat, voluntaria paupertate, studio pacis, zelo fidei et operibus charitatis. Etenim non solum bona omnia, quæ post parentum obitum sibi contigerant, pauperibus distribuit, verum etiam reditus omnes ecclesiasticos in bonum publicum impendit, victu parco et habitu vili contentus; pacem adeo coluit, ut intra viginti annos nec ipse, nec ullus ex ejus clero coram iudice litis causa appareret; captivos, profugos et oppressos tam pecunia, quam patrocinio benignissime juvit (d). Sed maxime recte fidei tam in sua diocesi, quam in aliis Orientis regionibus sedulam gessit eam; etenim cum diocesin suam variis hæresibus, Marcionitarum præcipue et Arianorum, infectam reperisset, studio diligenti, nec labores, nec pericula veritus, cunctos erroribus liberatos in scimitam veritatis reduxit, ita ut nullum pravæ doctrinæ germen in tota Cyrestica remaneret (e); Antiochiaë etiam frequenter pro vera fide sacras conciones habuit uberrimo cum fructu (f).

Gravissimis autem procellis jactatus est Theodoretus, dum lites Nestorianæ et Euty-chianæ ferverent. Quamvis enim fidem orthodoxam integre custodiret ac impigre defenderet, Joanni tamen Antiocheno ipsique Nestorio vetusta amicitia junctus, sinistris rumoribus de Cyrillo vulgatis fidem incaute adhibuit. Hinc scripta ejusdem contra Nestorium animo præoccupato legens, erroris Apollinarii in iis deprehendere sibi visus est, atque Nestorio injuriam fieri ratus, amici causam non facile deseruit, ortoque funesto schismate, ex parte Orientalium stetit. Ita contigit, ut ante Ephesinum concilium, mandante Joanne Antiocheno, Cyrilli anathematis, et postea ipsum quoque concilium Ephesinum scriptis editis vehementer impugnaret (g). Ast meliora edoctus post aliquot an-

(a) Vid. Theodoretii *Histor. religios.*, c. 15, 9 et 12; epist. 81, 88, et præfat. Commentar. in Daniel (Opp. t. II.) Cf. Garnerii *Historia Theodoretii* c. 1 et 2; Tillemont l. c., art. I-IV (p. 207-216) cum nota 1 et 2 (p. 868-70).

(b) Monasterium suum, quod prope Apameam situm, 75 milliariibus ab Antiochia distabat, ipse Theodoretus aliquoties memorat; vid. epist. 119 et Synodicon Cassin. c. 66 (etiam in Opp. Theodoretii ed. Schulze t. V). Cf. Tillemont l. c. Art. IV (p. 216).

(c) Theodoretii epist. 80 et 81. Cyrus autem civitas erat Syriae, caput Cyrrhesticæ regionis, in provincia Euphratensi. Diocesis Cyrensis adeo ampla erat, ut octingentas numeraret parochias subjectas (Theodoretii epist. 113); ipse autem Cyrensis episcopus Hierapolim pro una Ecclesia metropolitana agnoscebat. Cf. Tillemont art. V (p. 217-18) et not. 2 (p. 869-70); item Garnerii *Historia Theodoretii* c. 2, n. 11.

(d) Vid. Theodoretii epist. 113, 79, 80, 81, 29-36 et 70, 23, 42-47, 52, 53, 114, 115; *Histor. religios.* c. 20. Cf. Garnerii *Historia Theodoretii* c. 5; item Tillemont l. c., art. IV (p. 216), art. VII

- VIII (p. 219-24) et art. XXII-III (p. 258-263).

(e) Vid. Theodoretii ep. 81, 113, 145; *Histor. religios.* c. 21 (Opp. t. III) Cf. Tillemont l. c. art. XIII (p. 236-239).

(f) Vid. Theodoretii ep. 83 et 147, ad Joannem Germaniciæ episcopum (Opp. t. IV. 1275). Cf. Tillemont l. c. art. XIV (p. 240-41).

(g) Vid. Theodoretii epist. 151, ad monachos Euphratesiæ, etc. (ed. Schulze) et 162, ad Andream Samosat. (ed. Schulze), Relatio ad Alexandrum Hierapolit. (in concil. Ephes. act. v, ap. Mansi t. IV, col. 1407-8); fragmenta homiliarum Theodoretii, quas ut Orientalium legatus Chalcedone habuit (l. c. col. 1408-10, et in concil. Constantinopolit. II, a. 553, collat. v, ap. Mansi t. IX, col. 292-95; item in Garnerii *Auctario* p. 34-59, et in Opp. Theodoretii ed. Schulze t. V, p. 104-114); denique ejusdem epist. ad populum Constantinopolitanum, et ad Candidianum comitem in Synodico Cassin. c. 40, 42, 47 (ap. Schulze t. V). De *Pentalogio*, quod contra synodum Ephesinam œcumenicam scripsisse perhibetur Theodoretus, cf. Garnerius in Opp. Marci Mercatoris p. II, p. 265 —

* Ex D. Josephi Fessler *Institutionibus Patrologiæ*. OEniponte 1851. Tom. II, p. 688.

nos tandem cum Cyrillo pacem atque communionem iniiit, licet Nestorii, quem orthodoxum iudicabat, damnationi non statim consentiret, et Cyrilli anathematismos, quos hæreticos censebat, per novam ejus formulam fidei retractatos assereret (h). Labes tamen Nestorianismi semel ipsi inhærens omnino deleri non potuit, præsertim cum Theodorum Mopsuestenum, Nestorianismi sontem, contra Cyrillum defendere institueret (i). Hinc ubi primum opposita Eutylianorum hæresis pullulare cœpit, Dioscorus patriarcha Alexandrinus, cum novam hæresin foveret acrioremque ejus adversarium sciret neminem, quam Theodoretum, machinas omnes in eum convertit per immissos primum calumniatores, qui illum in Oriente ut hæreticum Nestoriique fautorem infamarent; hujus enim nominis invidia catholicos percellere solebant Eutychiani (j). Deinde cum pseudo-synodus Ephesina jam pararetur, Dioscorus, quo Theodoretum absentem ipsamque veritatem facilius opprimeret, apud imperatorem egit, ne Theodoretus illuc veniret, sed domi consistere juberetur (k). Itaque absens et inauditus in pseudo-synodo Ephesina episcopatu spoliatus ac in exsilium pulsus est (l). Sed Leo pontifex, quem injuste depositus appellaverat (m), eum absolutum sedi propriæ restituit (n), eundemque mox synodus Chalcedonensis retractato judicio in cœtum suum ut orthodoxum admisit (o). Post illud concilium otio et pace ipsi frui licuit usque ad finem vitæ a. 458 (p).

THEODORETI OPERA.

Theodoretus varii generis scripta reliquit, I. *exegetica*, II. *historica*, III. *dogmatica*, et IV. *epistolas*.

I. OPERA EXEGETICA.

I. Primam eamque maximam horum librorum partem efficiunt *Commentarii*, quos in *S. Scripturam tum Veteris tum Novi Testamenti* exaravit. Huc pertinent:

1. *Quæstiones* (εις τὰ ἄπορα τῆς θείας Γραφῆς κατ' ἐκλογὴν) in *Octateuchum* sive in V libros Mosis, in librum Josue, Judicum et Ruth; item

2. *Quæstiones in libros Regum et Paralipomenon* (t. I). Utrumque hoc opus dilecto cuidam juveni inscribitur, cujus precibus exoratus ultimis vitæ suæ annis tantum laborem, medullam veluti intelligentiæ S. Scripturæ brevi compendio exhibens, susceperat. Opera hæc non commentarium continuum, sed obscuriorum solummodo locorum interpretationem complectuntur, quæ in finem proponit quæstiones earumque solutiones subjungit, ea scilicet explanandi forma usus, quæ sibi videretur utilior et exemplo Christi similior, demum quæ fastidii minus tædiique haberet. In priori opere afferuntur quædam Origenis, Diodori ac Theodori Mopsuesteni testimonia, quæ utrum Theodoretus ipse, an alius quispiam adjecerit, inter eruditos non satis constat (q).

3. *Interpretatio in 150 Psalmos* (t. I) exarata est non multo post concilium Ephesinum. Opus hoc præstantissimum in gratiam præsertim clericorum et monachorum, qui dies noctesque Davidicos versus in ore habent, conscripsit, ut, quod cauuit, intelligerent.

72., ubi etiam *Fragmenta librorum quinque Pentalogii* inveniuntur, et Galland. Biblioth. t. IX, Prolegom. c. 13, n. 2-4; ejusdem operis alia quædam fragmenta Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 40-50, ac in Opp. Theodoretii ed. Schulze t. V, p. 145-152; denique alia Latine tantum in Galland. t. IX, p. 418-22. Cf. etiam Tillemont l. c. art. XVII-VIII (p. 246-49); Chr. Lupi scholion in Synod. Cassin. c. 20, et Garnerii Historia Theodoretii c. 4 et 5.

(h) Vid. Theodoretii epist. 83. Cf. ep. 112. Huc pertinent complures Theodoretii epistolæ, quæ in Synodico Cassin. continentur c. 45, 60, 64, 66, 70, 71, 72, 81, 87, 88, 95, 97, 99, 110, 120, 128, 135, 138, 139, 146, 148, 151, 160, 161, 162, 166, 168, 170, 172. Cf. Tillemont l. c., art. XVIII-XX (p. 249-55) et C. Baron. Annal. ad a. 456, n. 10-11.

(i) Vid. concil. Constantinopolit. II (a. 553), Colat. v (Mansi t. IX, col. 252-54), et S. Cyrilli Alexandr. epist. ad Joannem Antioch. in Garnerii Auctario p. 97-98 (etiam in Theodoretii Opp. ed. Schulze epist. 179). Cf. Tillemont l. c. art. XXI (p. 236-58).

(j) « Quia Christi Domini duas naturas confitemur, ideo filios duos nos affirmare aiunt » Theodoretii ep. 145.

(k) Huc spectant Theodoretii epist. 79-112, epist. 16 et 145. Cf. Tillemont l. c. art. XXV-XXXIV (p. 266-89).

(l) Vid. Theodoretii epist. 9. Pariter huc pertinent epist. 114-135 et 136. Cf. Tillemont l. c. art.

XXXIV-VIII (p. 289-501). Naudquaquam vero certum est, omnes Theodoretii epistolas, quæ hæc et præcedenti nota indicantur, ad causam Eutylianam et persecutionem Dioscori pertinere, sed fortassis quædam ex iis conscriptæ sunt, cum Theodoretus post pacem inter S. Cyrillum et Joannem Antiochenum initam adhuc in schismate perseveraret. Cf. Chr. Lupus Opp. t. VII, p. 205; Tillemont l. c. art. XXXVIII (p. 301).

(m) Theodoretii epist. 113. Cf. ep. 116.

(n) Vid. Theodoretii epist. 137-146. Cf. Tillemont l. c. art. XXXIX-XL (p. 301-6).

(o) Concil. Chalcedon. act. I et VIII (Mansi t. VI col. 589-92, et t. VII, col. 187-92) Justinianus imp. epistola adv. defensores trium capitul. (Mansi t. IX, col. 637-40). Cf. Tillemont l. c. art. XLIII (p. 306-12).

(p) Vid. Theodoretii epist. 146; Gennad. *De scriptor. eccles.*, c. 89. Cf. Tillemont l. c. not. 13 (p. 875-76); Garnerii Historia Theodoretii, c. 13 (p. 148-50), et Schulze Dissert. cit. p. 26-27.

(q) Vid. Additamenta et lectiones varias ad utrumque opus in Opp. Theodoretii ed. Schulze t. V, p. 1175-1235 (quæ omnia ad tom. I revocavimus. Э. В. ПАТ. А.) Cæterum de utroque opere cf. Sirmondii præfat. ad Lectorem, Garnerii Dissert. II, c. 5, § 1 (p. 181-83); Schulze Dissert. cit. p. 30-52, et t. V, Præfat. p. VI-VII; Tillemont l. c., art. LI (p. 336-38); Dupin t. IV, p. 86-88; Ceillier l. c. art. II, § 1-II (p. 46-61) et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. V, II, p. 179-85.

In ea brevitate non minus quam perspicuitate stetit, sensui litterari ita inhærens, ut in allegoriam nullibi deflecteret atque locos propheticos de Christo et Ecclesia diligenter exponeret (r).

4. *Interpretatio in Cantica canticorum* (t. II) librum adeo difficilem et sublimem simplici et perspicua ratione ita declarat, ut sponsi et sponsæ nomine Christum et Ecclesiam ubique intelligat (s).

5. *Commentarii in omnes prophetas majores et minores* (t. II) (t) simili ratione præclarum in modum conscripti sunt, quorum singulis argumenti nomine brevissimam introductionem præmittit.

6. *Interpretatio XIV Epistolarum sancti Pauli* (t. III) integra et continua brevissime in se complectitur, quidquid eleganter et apposite ad litteralem horum librorum sensum explicandum dici potuit, brevi pariter introductione (argumento) singulis Pauli Epistolis præmissa, ut revera commentarius iste reliquos omnes Theodoretii superare videatur (u).

Theodoretus in explananda S. Scriptura eundem secutus est modum, quem Patres antiquiores, celeberrimi Scripturæ interpretes, olim tenuerant. Etenim auxilium gratiæ divinæ exire præcatus, Patrumque vestigia diligenter secutus, purissima intentione amicis rogantibus volumina sacra explicavit (v). Persuasum quippe habens, cuius a Deo singulare donum esse concessum et quemlibet obligari, ut dono cælitus sibi commisso quam optime utatur, officii sui duxit, desiderio atque indigentia studiosorum S. Scripturæ pro viribus satisfacere (x). Ac revera munere isto egregie defunctus est, cum ab allegorico interpretandi genere alienus et interpretationi morali haud nimis indulgens sensum litteralem quam brevissime simul et clarissime reddere studeret, quem in finem iis omnibus prædiis, quæ sacrarum Litterarum interpretem juvant, cognitione linguarum, usu variarum antiquarum versionum et expositionibus primbrum Patrum abunde munitus erat: præ omnibus tamen sanctum Chrysostomum sibi imitandum proposuit. Quapropter nullo non tempore iis annumeratus est, qui præcipuum locum inter S. Scripturæ interpretes jure suo obtinent (y); unde summopere commendandus est omnibus qui amant Scripturæ divinas earumque germanum sensum diligenter scrutantur.

II. THEODORETI OPERA HISTORICA. III. DOGMATICA. IV. EPISTOLÆ.

II. *Opera historica*, quibus pariter magnam sibi laudem conciliavit, hæc sunt:

1. *Historiæ Ecclesiasticæ Libri V* (t. III) præsertim fata hæresis Arianæ et res in patriarchatu Antiocheno gestas ab ejusdem hæresis ortu usque ad a. 429 enarrant (z); pluri-

(r) *Proœmium* (quo continentur varia de Psalterio ejusque auctore Davide, necnon de versionibus Græcis) et *Fragmenta Commentariorum in Psalmos* sub nomine Theodoretii, cui tamen ista non nisi ex parte tribui possunt, habentur in Garnerii Auctario p. 1-20 (et cum Admonit. ac notis in Opp. Theodoretii ed. Schulze t. V, p. 71-82, 1234-40). Cf. Garner. Dissert. II, c. 5, § 2 (p. 185-81); Schulze Dissert. cit. p. 32-34; Tillemont l. c. art. XLV (p. 320-21); Dupin t. IV, p. 88-90, et Ceillier l. c. art. II, § 3, n. 1-5 (p. 62-64).

(s) Hæc explanatio, quam nonnulli ex rationibus parum solidis Theodoro adjudicandam putabant, ex eod. mss. et veterum, imò ipsius Theodoretii auctoritate, necnon ex omnium fere eruditorum consensu eundem recte tribuitur, cf. Garnerii dissert. II, c. 5, § 5 (p. 184-87); Schulze Dissert. cit. p. 34-37, et t. II, Præfat. p. vii; Tillemont l. c. art. XLV (p. 318-19) Dupin t. IV, p. 90-95; Ceillier l. c. art. II, § III, n. 4-5 (p. 64-71), et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 283-84.

(t) Valde dolendum est Commentarios in Isaiam hodie integros non reperiri, sed qui in editione Opp. Theodoretii exhibentur, Sirmondi tantum studio et diligentia ex cæcis Græcis collectos esse, unde haud adeo certum est singula, quæ ibi Theodoretii nomine proferuntur, ab ipso vere profecta esse. Cf. Sirmondi Præfat. ad Lectorem in fronte t. I, et Schulze Præfat. ad Lectorem in fronte t. I, et Schulze Præfat. t. II, p. vii-xi. De omnibus his in prophetas Commentariis, cf. Garnerii Dissert. II, c. 4; (p. 187-89); Schulze Dissert. cit. p. 37-58 et t. II, Præfat.; item Tillemont l. c. art. XLV (p. 319-21), et Ceillier l. c. art. II, § 4, n. 1-5 (p. 71-73).

(u) Cf. Garnerii Dissert. II, c. 5, § 1 (p. 189-90);

Schulze Dissert. cit., p. 38-40; Tillemont l. c., art. XLVII (p. 326); Dupin t. IV, p. 95-94; Ceillier l. c., art. II, § 4, n. 7 (p. 75-77).

(v) Ita ipse Theodoretus in omnibus se. c. Præfationibus Commentariorum suorum. Vid. ex Gr. Præfat. Quæst. in Genes. (t. I, p. 1-2), Præf. Quæst. in libros Regum (t. I, p. 229), Præfat. et Conclusio interpretationis Psalm. (t. I, p. 594 et 982), Præfat. explanationis Cant. cantic. (t. I, 983-84); Præfat. interpretationis in Jerem. (t. II, p. 145), Præfat. interpretationis in Ezech. (t. II, p. 302), Præfat. interpretationis epist. S. Pauli (t. III, p. 1-2). Cf. Tillemont l. c., art. XLIV (p. 315-18).

(x) Præfat. interpretationis in Daniele (t. II, p. 341-45).

(y) Photii cod. 205 et 204 (p. 271-72); Rich. Simon. *Histoire critique du Vieux Testament* t. III, chap. 40 (Rotterdam 1685, in-4, p. 408), qui Theodoretii Quæstiones et Commentarios omnibus aliorum S. Scripturæ cognitionem athelantibus præcipue commendat; item Schulze in Opp. Theodoretii t. II Præfat. p. iv. et Noesselt in eadem Schulzii edit. Opp. Theodoretii t. III, Præfat. p. iv.

(z) Vid. Theodoretii *Hist. eccles.* lib. v, c. 40 (ed. Sirmondi c. 39). Historiam hanc Garnerius eo consilio scriptam fuisse putat, ut ostenderentur fontes, ex quibus Theodoro viderentur orti errores, quos attingebat Catholicis et maxime Cyrillo; eam suspiciorum ingeniosius fortasse, quam veris ex ipsa Theodoretii historia enucleata confirmare studeat. Cf. Garnerii Dissert. II, c. 5, § 2 (p. 190-96), et Schulze Dissert. cit. p. 40-45; Tillemont l. c. art. XLIX (p. 308-33); Dupin t. IV, p. 94, 95; Ceillier l. c. art. II, § 5 (p. 77-92). Melior hujus historiæ editio, in qua capita singulorum librorum ratione a Sirmondiana nonnulli discrepantie dividuntur ac numerantur, adornata est per H. Valesium

mis epistolis synodici aliisque publicis testimoniis insertis, quæ brevibus narrationibus connectuntur. In ea tamen jure desideres diligentiorum temporum distinctionem rerumque ordinem; nimis quoque Theodori Mopsuesteni laudes, quem usque ad finem vitæ magnum Doctorem fuisse perhibet, in causa fuere, ut eam *historiam sedes apostolica accipere recuset* (a).

2. *Historia religiosa* (ἱστορία ἱεροπλοία, t. III) continet vitas et elogia triginta sanctissimorum ascetarum, qui partim in Oriente, partim in locis vicinis admirabilem vitam duxerunt, quorum agones spirituales Theodoretus vel ipse vidit, vel a testibus fide dignissimis accepit (b); unde quamvis nonnulla valde miranda ibi referantur, fidem tamen ejus narrationi detrabere minime licet, sed potius virtutem gratiæ Dei in hominibus juste cooperantibus admirari convenit. Hujus operis partem extremam constituit *Oratio de charitate* (c), luculenter exhibens causam, qua impulsus admirabiles isti homines ad certamina humanam naturam excellentia prodire; in ista proin operis conclusione charitatis naturam, præstantiam, effectus et causas copiose exponit.

3. *Hæreticarum fabularum compendium* (t. IV), post concilium Chalcedonense roganti Sporacio consulari scriptum, quinque libris absolvitur. In primis quatuor libris omnes hæreses inde a tempore apostolorum variosque singularum errores paucis describit; quibus libro v *summam fidei catholicæ* (θεῖων δογματικῶν ἐπιτομή) subjunxit, quo unusquisque veluti norma rectæ fidei inter multiplices errorum scopulos uti possit (d).

III. Opera dogmatica.

1. *Eranistes* seu *Polymorphus* (t. IV) (e) contra Eutylichianos c. a. 447 scriptus (f) libris quatuor continetur, quorum tres priores *Dialogi* formam habent, quartus inscribitur *Demonstratio per syllogismos*. Singulis istis Dialogis singulare nomen ab argumento inditum; primus inscribitur Ἀτρέπτος sive *Immutabilis* (lib. I), quia ibi probatur, immutabilem esse unigeniti Filii divinitatem; secundus Ἀσύγχυτος, *Inconfusus* (lib. II), in quo scilicet demonstratur, non permistam sive inconfusam in Christo Domino esse divinitatis et humanitatis unionem; tertius Ἀπαθής, *Impatibilis* (lib. III), ubi ostenditur, a passionibus liberam fuisse Salvatoris nostri divinitatem: atque hæc dogmata præcipue ex auctoritate SS. Patrum totius orbis catholici firmanur. Demum libro IV quæ in Dialogis fusiis et oratorio modo disputaverat, in syllogismos contrahit, ut argumentorum vis apertior sit et efficacior. — Operi huic perquam erudito opusculum aliud jungi convenit inscriptum: *Quod et post humanitatis assumptionem unicus Filius sit Dominus noster Jesus Christus* (g), in quo Theodoretus fidem suam de incarnatione Filii Dei optime ac dilucide exponit, ex S. Scriptura et SS. Patrum consensu firmat, contra Nestorium et Eutychem defendit.

2. *De Providentia orationes X* (t. IV), Antiochiæ probabiliter dictæ, mira eloquentiæ

Gr. et Lat. cum notis Parisiis 1673, recus. Moguntia 1679 fol. et inter Scriptores Historiæ Eccles. Græc. t. III, ed. G. Reading. Cantabrigiæ 1720; iterumque Augustæ Taurin. 1748, fol.

(a) Theodoretus *Hist. eccles.* lib. v, c. 40 (ed. Sirmondi c. 39); S. Gregorius M. lib. VII, ep. 34, ed. Maur., ubi tamen perperam Sozomenus pro Theodoro legitur. Cf. de Theodoro fide historica C. Baron. *Annal.* ad a. 378, n. 40-43.

(b) Cf. Garnerii *Dissert.* II, c. 5, § 5 (p. 196-204); Tillemont l. c. art. XLVIII (p. 327-30); Dupin t. IV, p. 95-101, et Ceillier l. c. art. II, § 6 (p. 92-120).

(c) Exstat in Opp. Theodoretus t. IV, Append., p. 680-95 (ed. Schulze t. III, p. 1296-1319). Cf. Garnerii *Dissert.* II, c. 5, § 4 (p. 204-5); Dupin t. IV, p. 109; Tillemont l. c., art. XLVIII (p. 329-30); Ceillier l. c., art. II, § 41, n. 1 (p. 186-87). et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.*, vol. VIII, p. 287 et 294.

(d) Cf. Garnerii *Dissert.* II, c. 6, § 2 (p. 244-46); Tillemont l. c., art. L. (p. 353-36); Dupin t. IV, p. 103-7; Ceillier l. c., art. IV II, § 9 (p. 156-67); Schulze *Dissert.* cit. p. 47-49. Cæterum libri IV caput 12, in quo hæresis Nestorii proponitur, a Garnerio (*Dissert.* II, c. 8, § 2, p. 251-55) ex rationibus internis Theodoro adjudicatur, qua in opinione Nestorium secuti sunt Cas. Oudin (t. I, col. 1104-8) et G. Cave (vol. I, p. 407.); alii tamen, ut Tillemont (vid. præsertim not. 17, p. 877-78), Dupin, Ceillier, Schulze locis supra cit. caput istud recte pro genuino agnoverunt. — *Epistola*, quæ inscribitur *ad Sporacium* (al. *ad Sporadium* vel etiam *liber contra Nestorium*) in Opp. Theodoretus t. IV, p. 1041-53, duabus revera constat partibus, quarum prior istud ipsum caput 12 libri IV *Hæret. Fabularum* iisdem verbis repetit, altera fidem de incarnationis mysterio exponens et B. Virgini Ma-

riæ titulum Deiparæ asserens, Nestorium directe alloquitur et impugnat, hinc a quodam Theodoro studioso nescio unde huc translata videtur. Cf. C. Baron. *Annal.* ad a. 449, n. 141-42; Tillemont l. c., art. L (p. 355); Dupin t. IV, p. 109 et 105; Ceillier l. c., art. II, § 41, n. 2 (p. 187); item Garnerii *Dissert.* II, c. 8, § 2 (p. 251-54) et c. 5, § 5, n. 9 (p. 205).

(e) *Eranistes* vel *Polymorphus* (ἐρανιστής, i. e. mendicicus, πολυμορφος, i. e. multiformis) ideo inscribitur hoc opus, quia Eutylichiani et a multis impiis hominibus (Simone Mago, Cerdone, Marcione, Valentino, Bardesane, Apollinari, Ario) infausta sua dogmata emendicantes, varium hoc et multiforme commentum proferunt (Theodoretus Præfat.) Quapropter etiam hæreticus in Dialogis istis nomine *Eranistes* loquens inducitur. Hujus operis ipsa Theodoretus meminit *epist.* 16, 83, 130; *Plot.* cod. 46 (p. 15) et Nicephor. *Hist. eccles.* lib. XIV, c. 54.

(f) Solus fere Garnerius putat opus hoc eo maligno consilio conscriptum fuisse a Theodoro, ut Cyrillum et Catholicos tecto nomine quasi Apollinaristas impugnaret, imo Nestorii doctrinam demonstratione firmaret (Theodoretus Auctar. p. 132, 240, 244, et in Opp. Marii Mercatoris parte II, p. 277). Sed hæc iniqua Garnerii suspicio haud immerito ab omnibus explosa (Tillemont l. c., art. XXVII, p. 270-78; Ceillier l. c., art. II, § 8, p. 149-56; Schulze *Dissert.* cit., p. 45-47) vel inde satis refellitur, quod in ipsis Dialogis S. Cyrillum inter præcipuos Ecclesiæ doctores retulerit (Dialog. II, p. 110-111).

(g) Opusculum hoc Gr. et Lat. habetur in Opp. Theodoretus ed. Schulze t. IV, p. 1307-13; Galland. *Biblioth.* t. IX, p. 412-15; Mansi t. V, col. 1039-46. Cf. Galland. l. c. Prolegom. c. 13, n. 1-2.

virtute et argumentorum copia nobile hoc thema pertractant, ita ut nemo alius antiquæ Græciæ scripturæ hac in re ipsi par aut superior dici possit (h). Priores quinque complectuntur quæcumque ad probandam divinam providentiam faciunt, sive mundi hujus à mirabilis structura, sive corporis nostri fabrica, sive rerum omnium sapientissima gubernatio spectetur. Posteriores quinque eandem providentiam in rebus præsertim humanis earumque varia conditione, in divitiis et paupertate (or. VI) in dominatione et servitute (or. VII et VIII), tandem in sorte piorum præsentī atque futura, et maxime in mysterio Redemptionis generis humani conspicuam reddunt (or. IX et X).

3. *Græcarum affectionum curatio* (t. IV), duodecim libris absoluta, elegantissima atque eruditissima est apologia religionis Christianæ (i). Etenim cum gentiles frequenter Christianos deriderent, quasi solam fidem commendarent, insuper et martyres, homines misere defunctos, stulta præsumptione venerarent, Theodoretus religionem nostram defendendam suscepit. In præclaris hisce sermonibus fidem Christianorum defendit et scientiæ defectum in apostolis excusat (I), tum ex adverso ponit gentilium et Christianorum doctrinas de principio Universi (II), de creaturis spiritualibus (III), de mundi creatione (IV), de natura hominis (V), et de providentia (VI), sacrificia gentilium et Judæorum (VII), venerationem martyrum et cultum heroum (VIII), apostolos et gentium legislatores (IX), vaticinia prophetarum et oracula gentilium (X), doctrinam de fine mundi et judicio extremo (XI), denique præcepta morum in Evangelio et in libris philosophorum contenta ac vitam Christianorum et philosophorum (XII).

4. *Reprehensio 12 capitum seu anathematismorum Cyrilli* (t. V, p. 1-68), scripta c. a. 430, animam Cyrillo valde infensum prodit, unde et sententias ejus in partem deteriorem accipit et justo acrius in S. Patrem invehitur.

IV. *Epistolæ* fere 200 (j) partim sunt *dogmaticæ* (ep. 21, 83, 84, 85, 109, 125, 130, 143, 144, 145, 146), partim *consolatoriæ* (ep. 7, 8, 12, 14, 15, 17, 18, 27, 65, 69, 120, 132, 136), partim *heortastica* (ep. 4, 5, 6, 25, 26, 38-41, 53-56, 63, 64, 72, 74), seu in dies festos mitti solitæ; reliquæ varios vitæ ipsius eventus spectant, aut *familiares* sunt, commendatiivæ vel gratulatoriæ. Nihil eo in genere scribendi perfectius; nam quæ sunt epistolarum virtutes, brevitatis, perspicuitatis, elegantia, urbanitas, modestia, observantia decori, et ingeniosa prudentisque ac erudita simplicitas, in epistolis Theodoretī admirabiliter ita elucet, ut scribentibus exemplo esse possint (k).

Theodoretī scripta, quibus Nestorium ac Theodorum Mopsuestenum defendebat, sanctum Cyrillum et synodum Ephesinam impugnabat, ab Ecclesia catholica solemnī sententiā reprobata sunt (l). Inter opera ejus damnata, quæ hodieum supersunt, pertinet reprehensio anathematismorum sancti Cyrilli et complures epistolæ, præsertim epistola ad monachos Euphratesiæ etc. (m). Is post Theodorum Mopsuestenum primus inter Græcos fuisse videtur, qui in ista reprehensione anathematismorum Cyrilli processionem Spiritus sancti ex

(h) Argumentum totius operis ipse Theodoretus exhibet orat. 9 (p. 424-25). Cf. J. Garnerii Dissert. II, c. 6, § 3 (p. 246); Dupin t. IV, p. 107-8; Tillemont l. c., art. XLVI (p. 325-24) et Ceillier l. c., art. II, § 10, n. 4-5 (p. 167-70).

(i) Argumentum hujus operis ipse Theodoretus accurate proponit in prologo ejusdem. Cf. J. Garnerii Dissert. II, c. 6, § 4 (p. 246-49); Dupin t. IV, p. 108-9; Tillemont l. c. art. XLVI (322-23) et Ceillier l. c., art. II, § 10, n. 4-16 (p. 170-86).

(j) Nicephorus Callistus (*Histor. eccles.* lib. XIV, c. 54) supra quingentas Theodoretī epistolas legit, ex quibus fortasse quispiam Theodoretī studiosus pulcherrimas 147 selegit, quæ hodie una collectione habentur. Theodoretī epistolæ 146 in ejus Opp. t. III reperiuntur, quibus accedit ep. 147, ad Joannem Germaniciæ episcopum (de qua vid. Justiniani imp. epistolam adv. defensores trium capitul. ap. Mansi t. IX, col. 637-40.). His adjuugendæ complures epistolæ Theodoret in Garnerii Auctario p. 51-107, et quæ extant Latine tantum in Synodico Cassin. (supra in Vita Theodoretī relatæ). In edit. Schulziana omnes Theodoretī epistolæ, præter eas quas exhibet Synodicon Cassin., serie continua reperiuntur t. IV, parte II.

(k) Ita de epistolis Theodoretī judicat Garnerius, alias censor Theodoretī valde iniquus, in Dissert. II, c. 5, § 5, n. 10 (p. 205). Idem Garnerius l. c., § 5 (p. 205-38) de singulis 147 epistolis tractat earumque tempus singillatim determinat; epistolis vero in Auctario positus notas fusiores subjicit, quæmadmodum et Chr. Lupus epistolis in Synodico

Cassin. contentis ejusmodi scholia adnexuit. Cf. Dupin t. IV, p. 111-17, et Ceillier l. c., art. II, § 7 (p. 120-49), item § 12, n. 6-9 (p. 193-99), et n. 11 (p. 201-2).

(l) « Condemnamus et anathematizamus, quæ impie Theodoretus conscripsit contra rectam fidem et contra duodecim capitula S. Cyrilli et contra Ephesinam primam synodum, et quæ ad defensionem Theodori et Nestorii ab eo scripta sunt, » (concil. Constantinopolit. II, collat. VIII, et cau. 13, ap. Mansi t. IX, col. 375-76, et 385-86; item P. Vigiliī epistola decretalis pro confirmatione v. synodi œcumenicæ ibid. col. 417-18). « Neque Theodoretī omnia scripta damnamus, sed sola quæ contra duodecim Cyrilli capitula, sola, quæ contra rectam fidem aliquando scripsisse monstratur, quæ tamen et ipse damnasse cognoscitur, qui in sancta Chalcedonensi synodo vera confessus invenitur.... Sola ejus hæretica scripta respuentes, alia scripta illius non solum recipimus, sed eis etiam contra adversarios utimur. » P. Pelagii II, epist. ad Eliam Aquilei, c. 20. (Mansi t. IX, col. 450-52.). — Ceterum de Theodoretī fide admodum fuse et erudite agit J. Garnerius in Dissert. II. (Auctar. p. 457-92). iterum edita cum notis in Opp. Theodoretī ed. Schulze t. V, p. 446-511.

(m) Epistola hæc, apud Sirmondum desiderata, apud Garnerium (in Auctar. p. 62-65) ex partē tantum Latine exstant, integra Gr. et Lat. reperitur in Opp. Theodoretī ed. Schulze t. IV, p. 1291-1296; Galland. t. IX, p. 405-12; Mansi t. V, col. 1025-53.

Filio negavit (*n*). Stylus ipsius admodum facilis, perspicuus et copiosus vere Atticam gratiam redolet, quæ et lectorem sine fastidio tenet, et perspicuitati brevitate non officit (*o*).

NOTA I. Haud pauca Theodoretæ opera modo *deperdita* sunt, ut ex ipsius epistolis liquet (vid. ep. 83, 113, 116, 143). Ex his præcipue memoratu digni sunt: *Liber mysticus* 12 sermones complectens (ep. 82, et *Hæret. Fabul.* lib. v. c. 18. Cf. Garnerii dissert. II, c. 9, § 1); *Libri seu Sermones de virginitate* (vid. ejus commentar. in I Corinth. VII, 54; Opp. t. III, p. 153); *Sermones quinque in S. Joannem Chrysostomum* (vid. fragmenta in Photii cod. 273, p. 827-30; Garnerii Auctar. p. 30-34, et Opp. Theodoretæ ed. Schulze t. V, p. 98-103. Cf. Ceillier l. c. art. II, § 12, n. 3, p. 190-91); tum *libri contra Judæos, contra Marcionem, contra Arianos et Macedonianos, contra Apollinaristas* (Cf. Garnerii Dissert. II, c. 9, § 2-4. Fragmenta quædam Theodoretæ de Trinitate, contra Sabellium et contra Arium exhibet Galland. Biblioth. t. IX, p. 416-17. Cf. ibid. Prolegom. c. 13, n. 4); denique Πενταλόγιον περί ἐνανθρώπησῶς; seu *Libri quinque de Incarnatione et Apologia Theodori Mopsuesteni* (Fragmenta in concil. Constantinopolit. II, Collat. v, ap. Mansi t. IX, col. 252-54.). Cf. etiam J. A. Fabricii Biblioth. Græc., vol. VIII, p. 306-7.

NOTA II. Dubius est *Sermo* seu *Encomium in nativitatem Joannis Baptistæ* (Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 21-30, et in Opp. Theodoretæ ed. Schulze t. V, p. 84-97), Theodoretæ haud indignus (Tillemont l. c., art. LI, p. 338; Ceillier l. c., art. II, § 12, n. 5, p. 190), potiori tamen jure Theodoro Daphnopatæ juniore ascribitur, Cf. J. A. Fabricii Biblioth. Græc. vol. VIII, p. 296-97, et vol. X, p. 258.

NOTA III. *Opera valde dubia*, seu potius *supposititia* hæc sunt :

a) *Sermones* 17 adversus S. Cyrilli et Catholicorum aliquot sententias (*adversus varias propositiones*) cum epistola præfationis loco iisdem præfixa (Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 685-726, et in Opp. Theodoretæ ed. Schulze t. V, p. 1113-74; item in Opp. S. Athanasii t. II, p. 491-514.), qui *Euthesium Tyanensem*, Nestorii atque Theodoretæ amicum, Mario Mercatore teste, auctorem habere videntur, licet Photius cod. 46 (p. 14-15) eas Theodoro ascribat; Cf. Garnierius et Schulze l. c. Montfaucon in Opp. S. Athanasii t. II, p. 472-73; Cas. Oudin t. I, col. 1131-32; Ceillier l. c. art. II § 11, n. 4 (p. 188) et J. A. Fabricii Biblioth. Græc., vol. VIII, p. 304-5.

b) *Dialogi VII, adversus Anomæos, Macedonianos et Apollinaristas* (Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 273-406, et in Opp. Theodoretæ ed. Schulze t. V, p. 915-1112; item in Opp. S. Athanasii t. II, p. 407-491, et minus plene sub titulo: *Athanasii Dialogi V de S. Trinitate ed. Th. Beza. Paris. 1570 in-8*), quos Theodoro vindicare studuit Garnerius Dissert. II, Append. (Auctar. p. 259-72), antiqui, sed incerti auctoris sunt, forte S. Maximi Confessoris, Cf. Montfaucon Monit. in opp. S. Athanasii t. II, p. 406-7 et 472; Schulze in Opp. Theodoretæ t. V, p. 420; Tillemont l. c. art. XLVII (p. 321); Ceillier l. c. art. II, § 12, n. 10 (199-201), et J. A. Fabricii Biblioth. Græc. vol. VIII, p. 299. De aliis quibusdam operibus Theodoro suppositis vid. Garnerii Dissert. II, c. 8. (Auctar. p. 249-55).

EDITIONES: Theodoretæ episcopi Cyri Opera omnia Gr. et Lat. ed. Jac. Sirmondus S. J. Paris. 1642. tom. IV fol., quibus adjungendum est *Auctarium Theodoretæ, Cyrensis episcopi* seu Operum tomus V, ed. J. Garnerius (et Harduinus) Paris. 1684, fol. — Editionem hæc integram (ordine in tomis posterioribus paululum immutato, textu aliquoties emendato, præfationibus, observationibus, notis, indicibus et glossariis adjectis) denuo recensuit J. L. Schulze Halæ 1769-74. V Tomi in 8° (Singuli Tomi hujus editionis binis constant partibus). — Theodoretæ Opera Græce edita ab Eugenio, diacono Bûlgaricæ. Halæ Sax. 1768-75. V Tomi in-4.

(*n*) Ita enim Theodoretus in reprehens. anathematismi IX: « Proprium Spiritum Filii, siquidem ut ejusdem cum eo natura; et ex Patre procedentem dixit, simul confitebimur et tanquam piam suscipimus vocem. Si vero tanquam *ex Filio aut per Filium* existentiam habeat, hoc ut *blasphemum* et impium rejiciemus. » (Opp. S. Cyrilli t. VI, p. 228; Opp. Theodoretæ t. IV, p. 718.). His affinia protulit Theodoretus in epist. 151, ed. Schulze t. IV, p. 1293, et in epist. ad Joannem Antioch. (Sy-

nodicôn Cassin. c. 95. Cf. ibid. scholion Chr. Lupi Opp. t. VII, p. 253-54). Præterea Cf. J. Garnerius in Dissert. III, c. 1 (Auctar. p. 458-61) et J. A. Fabricii Biblioth. Græc. vol. VIII, p. 279.

(*o*) Vid. Nicephori Callisti *Histor. eccles.* lib. XIV, c. 54. Ita et Photius cod. 31 (p. 8), cod. 46 (p. 15), cod. 56 (p. 22) et cod. 203. (p. 271); Tillemont l. c., art. IV (p. 215-16) et Ceillier l. c., art. IV, n. 1 (p. 261-64).

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRI

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA.

POST RECENSIONEM JACOBI SIRMONDI

DENUO EDIDIT

JOAN. LUDOVICUS SCHULZE.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO
FRIDERICO
PRINCIPI REGIO, GLORIOSISSIMI STEMMATIS BRITANNICI CELSISSIMO DUCI GLOCESTRIE, LUNEBURGI, ETC.
ET
REVERENDISSIMO EPISCOPO
ECCLÆSIÆ CATHEDRALIS OSNABRUGENSIS, PIO AC FELICI
DOMINO MEO INDULGENTISSIMO
NECNON
EJUSDEM CATHEDRALIS ECCLÆSIÆ MAXIME REVERENDIS, ILLUSTRIBUS
AC GENEROSISSIMIS DOMINIS
CÆTERISQUE REVERENDISSIMI CAPITULI MEMBRIS, DOMINIS MEIS GRATIOSISSIMIS.

Serenissime Princeps,
Episcopo reverendissime,
Viri maxime reverendi, perillustres ac generosissimi,

Haud e longinquo petendæ sunt rationes, quæ tantum apud me valuerunt, ut celsissimo nomine tuo, Reverendissime Episcopo ac Princeps serenissime, huic operi quod episcopi gravissimi Scripta complectitur, perenne decus et adeo singulare ornamentum conciliare, simulque Vobis, Viri maxime reverendi ac perillustres, hunc librum, tanquam devotissimæ mentis testem ac pignus offerre auderem. Beati Theodoretæ hæc sunt scripta, Cyri quondam episcopi, de Ecclesia omnique adeo re sacra multis nominibus meriti, purioris doctrinæ sanctissimæque fidei propugnatoris maxime strenui, paganismi autem et hæreticarum fabularum adversarii acerrimi; viri denique, in quo omnes illæ virtutes, quæ episcopum decent, amico erant conjunctæ vinculo. Hinc spes enata est quam certissima, fore ut episcopi de Ecclesia adeo meriti Opera indulgentissimo aspectu tuo, Reverendissime Episcopo ac Princeps Serenissime, haud careant, vobisque, viri maxime reverendi ac perillustres, haud omnino displiceant. Ita quidem ut augurari liceat, facit tua in pietatis studio assidua exercitatio, suadet etiam illa qua Ecclesiæ vestræ commodo invigilatis, cura indefessa, et in Scripta, quæ ad sanctissimam doctrinæ capita pertinent, prona voluntas.

Dignam episcopali munere imaginem, Reverendissime Episcopo ac Princeps Serenissime, in his beati Theodoretæ Scriptis delineatam vides, quam in te aliquando expressam et illustriorem esse futuram, quis est qui dubitet? De splendidissimis dotibus a summo Numine tibi concessis, omnes qui invictissimi potentissimique magnæ Britannicæ regis sceptro subjecti sunt, teque in spem sæculi adolescere vident, merito lætantur: te quoque exteri admirantur, oculosque in te tanquam in virtutis exemplum sublimi in loco positum, conjiciunt. Faxit Deus T. O. M. ut sacratissimam episcopi personam tuearis quam diutissime; ut cum annorum tuorum incremento tuæ quoque Ecclesiæ salus stabiliatur, teque præside maneat inconcussa; utque cum totius celsissimæ regiæ domus Britannicæ salute ac incolumitate, tua quoque sit omni ære perennior.

Vosque, Viri maxime reverendi ac perillustres, in quibus vivit, novasque in dies vires acquirit Ecclesia vestro moderamine nixa, date, quæso, pietati in vos meæ, quæ esse debet maxima, ut hæc in Theodoro refingendo posita studia vobis probari cupiam quam maxime. Hoc si, non dicam sperare, sed omnino persuasum habere liceat, erit de quo læter

untique magnopere gratuler. Deum autem T. O. M. supplex rogo, ut vos, Viri maxime reverendi ac perillustres, in Ecclesiæ vestræ salutem, omnisque rei sacræ præsidium ac insigne ornamentum quam diutissime superstites esse jubeat, vestrisque conatibus Ecclesiæ saluberrimis in posterum quoque annuat quam clementissime.

Ita præcatûr, Deumque rogat, Serénissime Princeps ac reverendissime Episcopo, Viri maxime reverendi, perillustres, illustres ac generosissimi, summorum nominum vestrorum humillimus et devotissimus cûhór

JOAN. LUDOV. SCHULZE.

Dab. Halæ in Acad. Frideric. vi Kal. Octobris A. R. S. MDCLXVIII.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

[XIII] Alter jam agitur annus, ex quo nostrum de paranda nova Theodoretî Operum editione consilium cum Eruditis communicavimus; quod cum probaretur bonis omnibus, alacri animo hunc laborem suscepimus, ejus nec diuturnitatem nec magnitudinem magnopere metuentes. Quod Deus itaque faustum et felix esse jubeat! primus nunc in lucem emittitur editionis nostræ tomus, quem haud adeo longas traxisse moras putabunt, quotquot intelligunt, quantum operæ et temporis comparationi quatuor manuscriptorum codd. aliisque subsidiis ad hunc tomum locupletandum adhibitis, impendi debuerit. Quid præstitum sit à nobis, paucis nunc recensebimus, ita tamen ut æquis ac peritis lectoribus relinquamus judicium, quos magnopere rogamus, ut in rei litterariæ publicamque adeo utilitatem sua conferant consilia, si quid vel emendandum vel rectius disponendum esse videatur.

[XIV] Ordinem librorum eundem tenuimus, quem olim secutus est Jac. Sirmondus, eæque editioni nostram esse cupimus quam simillimam. Complectitur itaque hic tomus *Commentarios Theodoretî in historicos V. T. libros*, scilicet in Octateuchum, in quatuor libros Regum et Paralipomena, necnon *Interpretationem Psalmorum* uberrimam. Ulterius progredi jam non licuit, ne mole sua laboraret liber, si justos excederet limites. Hinc factum est ut Commentarii in Canticum canticorum ad proximum tomum remitti debuerint, utque a priori nostro consilio, Garnerii aliquot Dissertationes cum necessaria Epicrisi huic tomo præmittere, abstinendum esse putaverimus. Magnopere quidem placuit illud Oudini *De Script. eccles.* t. I, p. 1134, monitum, primam, secundam ac tertiam Dissertationem ex Garnerii Auctario præmittendam esse novæ, si unquam pararetur, Operum Theodoretî editioni; imo e re nostra esse videbatur scriptorem nostrum contra Garnerii cavillationes in ipso quasi Operis introitu defendere: tamen cum plura non caperet hic primus editionis nostræ tomus, et eruditil quibusdam, quorum magna debet esse auctoritas, aptum videretur, Dissertationes istas ultimo novæ editionis tomo comprehendere, mutavimus consilium. Ne vero bonæ Theodoretî causæ, quam post Sirmondi tempora male egit Garnerius, quidquam inhæreret maculæ, Dissertatio præmittenda fuit, quæ de Vita et Scriptis viri de Ecclesia meritissimi ita exponeret, ut lectoribus patere possit, quanta sit scriptoris nostri dignitas, et quam iniquum judicem egerit Garnerius. Et hoc quidem labore eo magis opus esse videbatur, quia Vita Theodoretî, quam olim Sirmondus editioni suæ præmisit, adeo brevitate laborabat, ut sitira excitare quidem, sed non restinguere putaretur.

In adornanda autem editione nova operam imprimis dedimus, ut textum Græcum emendatiorem, et quantum fieri posset locupletatiorem, exhiberemus. Multam quidem Sirmondus adhibuit diligentiam, ut Græca, quæ plurimis Theodoretî scriptis antea Latine tantum editis, primus e codicibus adjecit, quam castigatissima prodirent, nonnulla tamen sive supplenda, sive emendanda nobis reliquit. Cum enim Pici, Carasæ, Herveti aliorumque interpretationes Latinas [XV] in editionem suam receperit, hisque antiquioribus versionibus textum Græcum adjecerit, factum est ut hic illis non ubique responderet. Nunc enim plura, nunc pauciora, nunc vero longe alia in textu quam in versione erant expressa: imo lacuna quatuor linearum obvia erat in Commentario ad Psal. xviii, 6, 7, tomo I, p. 467 edit. Sirmondianæ. Quæ cum ita essent, facile cognovimus parum utilem fore novam hujus scriptoris editionem, nisi textus ad msc. codicum fidem iterum revocaretur, et Latina versio ita emendaretur, ut textui Græco responderet quam exactissime. Hæc cum meditaremur, et auxilia circumspiceremus, quæ obtinendo huic fini essent satis apta, providam summi Numinis curam, quam pio gratæ animo celebrare juvat, experti sumus. Brevi enim tempore factum est, ut summorum virorum, qui studiis nostris faverent, auxilio adjuti, plura quam sperari potuerant, obtineremus præsidia. Nec sumptibus in librum rei sacræ inter nos promovendæ apprime utilem, erogandis, parcendum esse putarunt venerandi illi viri, quorum insigni de bono publico bene merendi studio factum est, ut bibliopolium Orphanotropei ne hoc quidem tempore, quo consilium de scriptore quodam ecclesiastico prelis iterum subjiendo nullis minus opportunum videri potuisset, hæc studia nostra a se aliena putaret.

Quæ e codicibus ad ornandum hunc tomum accesserunt, multa sane et non spernenda, ea fere omnia debentur amplissimæ in commodum litterarium voluntati illustrium inclytæ urbis Augustæ Viadelicorum procerum, qui avitam istam cum summa laude tuentes gloriam, nostris, ut olim multorum, eximie favorunt studiis. Hanc litteris promovendis valde utilem bonisque omnibus charam mentem, ut silentio præterire nefas esset, ita committere non possumus ut publicum hoc pietatis nostræ animique tanta beneficiorū magnitudine magnopere affecti desideretur monumentum. Debemus illud illustrium Bibliothecæ Augustanæ curatorum munificentiae, qua usum manuscriptorum quæ locupletando scriptori nostro inseruire poterant, liberalissime nobis concedere haud dubitarunt. E numero illorum satis magno, hoc loco quatuor illi codices commemorandi erunt, quibus ad exornandum hunc tomum usi sumus. In horum autem descriptione, ut breviores simus, a laudibus nobis temperabimus, [XVI] quia Ehingeri, Hoeschelii et Reiseri Indices mss. bibliothecæ Augustanæ, codices istos jam satis inter eruditos commendarunt. Is quem primum adhibuimus, cum Theodreti Commentarius in Octateuchum prelo parandus esset, est chartaceus, sæculo xi, ut videtur, scriptus in fol. Complectitur Quæstiones in quinque libros Mosis, in librū Josuæ, et maximam omnino partem libri Judicum, usque ad initium Quæstionis vicesimæ. In eodem codice exstant carmina Sibyllina, quæ ex illo olim edita sunt a Xysto Betuleio, cujus esse putantur notulæ ad marginem passim ascriptæ. Tres alii codices spectant ad Commentarium in Psalmos. Primas inter illos tenet is quem in editione nostra *primum* diximus, quia præstantior est reliquis duobus, quos etiam antiquitate superat. Quantum enim dūce Montfauconio, cujus in hunc finem consulimus Palæographiam Græcam, in re plerumque satis incerta assequi potuimus, eum ad sæculum x referendum esse putamus. Est membranaceus in 4, et ob minutum characterem ac singularia scribendi compendia lectū omnino difficilis. Comprendit vero unius Theodreti integrum in Psalmos Commentarium, et partem Præfationis, cujus initium incidit in verba illa *διουρῆται συμφορὰς* quæ exstant pag. 604 edit. nostræ. Præmissa sunt octo folia, quorum quatuor priora, quæ recentiorē manū aliumque scriptorem produnt, inscripta sūnt, *Προόμιον εἰς τὸν ψαλτῆρα καὶ ἐγκώμιον εἰς τὸν Δαβὶδ*, quatuor autem postrema adeo sunt vetustate detrita, ut litterarum characteres admodum exiles vix possint dignosci. Hæc sequitur Commentarius in Psalmos, quem, ut jam diximus, integrum, deinde excipit Expositio variorum auctorum in Canticum Mosis, satis male quidem, paulo tamen melius scripta, quam qui proximum tenet locum, Index Sermonum Chrysostomi. Finem codicis faciunt folia quædam admodum vetustate corrupta, quæ ad Gregorii Nysseni librum *De anima* pertinere videntur. Codex, quem *secundum* in editione nostra diximus, est chartaceus in 4, recentiori manū ab antiquiori quodam, ut putamus, descriptus, qui desinit in medio Commentarii ad psalmum nonagesimum quartum. In fine subjuncta est eadem, etsi in verbis paululum diversa, variorum auctorum Expositio Cantici Mosis, de qua jam diximus. Is denique codex quem *tertium* in Scholiis nostris dicere consuevimus, est membranaceus, in folio ut aiunt, sæculo x vel xi satis nitide scriptus, [XVII] et bene servatus. Complectitur Catenam in Psalmos ex Asterio, Basilio M., Cyrillo, Didymo, Eusebio et Nostro collectam, quæ incipit a psal. ix, 16, et progreditur usque ad finem psalmi quinquagesimi.

Præter hos quatuor cōdices Augustanos, quorum exactissimam cum textu Sirmondiano instituimus comparisonem, aliis quoque ad hunc tomum uti licuit subsidiis. Ad primam ejus partem, seu ad Commentarios in Octateuchum utiliter adhiberi potuit ac debuit editio mere Græca, quæ studio Joannis Pici Parisiis anno 1558 in 4 prodit. Cum vero in hac editione Pici, æque ac in codice Augustano antea commemorato, nonnullæ Quæstiones in librum Judicum et Commentarii in librum Ruth deessent, hunc defectum aliquo modo suppleri posse putavimus ex illis quæ Dav. Hoescheliis suis ad Photium Notis pag. 53 seq. e codice quodam Bavarico inserenda curavit. Ad libros Paralipomenon, post pag. 600, accesserunt variae lectiones e præstantissimo codice Coisl. VIII collectæ. His ut frui nobis liceret, debemus illustri Schlægero, qui ut eruditionis fama multorum in Gallia et Italia eruditorum meruit amicitiam, ita quoque horum auxilio egregie conatibus nostris profuit, imo vel solo hoc nomine de nobis summopere meritis est, quod codicis istius Coisl. a Montfauconio Biblioth. Coisl. p. 50, dignis laudibus ornati, Excerptorū copiam nobis fecerit per eruditum, quem Argentorati habet amicū. Præterea quoque ex amplissimo bibliothecæ Medicæ Laurentianæ thesauro quædam ad hunc tomum condecorandum accesserunt, operam nobis præstante Cl. Bandinio bibliothecæ præfecto. Hæc maxima ex parte desumpta sunt ex præstantissimo illo sæc. x, vel xi codice, quem ampl. Bandinius Catalogi codicum mss. jam dictæ bibliothecæ, pag. 87 seq., descripsit. Ad illū enim pertinent omnia ista quæ ad psal. v—xxxv, in editione nostra relata sunt. Quæ vero ad psalmum lxxvii, pag. 1148, schol. 6, inserenda curavimus, descripta sunt e cod. XIV, cujus descriptio exstat l. c., pag. 34 seq., ad quem etiam pertinent, quæ pag. 1409 editionis nostræ allata sunt ad psal. cxii, 9.

Hactenus de codicibus Augustanis, Coisl. et Florentinis dictum est. Possent etiam hoc loco alia commemorari, quæ ad [XVIII] locupletandos proximos tomos, sive ex iisdem sive ex aliis celeberrimis bibliothecis collecta et fidei nostræ liberalissime concessa sunt. Ne autem justo prolixiores simus, aut ambitiosius de nobis prædicare videamur, non nisi illis quæ ad hunc tomum pertinent, inhærebimus; alio enim tempore de iis quæ ad reliquos spectant, dicendi erit opportunior locus. Paucis itaque adhuc commemoramus, suo loco sive scholiis inserta, sive, ubi textus Sirmondianus eadem habebat, brevissime indicata esse ea, quæ Garnerius Auctarii pag. 7-20., e codice Vat. 247, ad locupletandum Commentarium in Psal-

mos attulit. E Catena seu Expositione Patrum Græcorum in Psalmos, quam Balth. Corderius S. J. Antv. 1643-1646 edidit, multa potuissent in textum inferri, quæ tamen consulto omisimus, tum quia dubia plerumque est Catenarum fides, tum quia librùm istum facilius quam codices, quisquis adire potest. Satis itaque esse putavimus, si locorum quæ ad alium auctorem a Corderio relata sunt, vel tribus verbis mentio fieret.

Hæc fuerunt præsidia, quibus muniti accessimus ad textum Græcum, ubi opus esset, restituendum ac locupletandum. In hoc negotio peragendo egregiam utilitatem nobis præstiterunt codices Augustani, quorum ope supplevimus quæ in textu Sirmondiano desiderantur. Multis jam non opus erit testimoniis, quæ ex Scholiis nostris facile colligi possent: tamen, ut dictis fidem faciamus, unum alterumve adducere operæ erit pretium. Ita psal. lvi, 1, pag. 977 edit. nostræ c. cod. Aug. l. inserenda fuerunt verba ista, *ὁ μέγας Δαβὶδ*, ut textus Græcus responderet versioni Latinæ Carafæ, qui eadem legit, ut observatum est l. c. in schol. Sic quoque psal. cxviii, 139, pag. 1473 edit. novæ, ante nomen Stephani ex eodem codice supplevimus *ὁ καλλιπικος*, quod Carafa quidem, non autem Sirmondus in codice suo legerat. Sæpius quoque in versione Latina suppleri debebant, quæ non modo in textu Sirmondiano, sed nostris quoque codicibus exstabant. Hujus emendationis vel unicum e multis exemplum attulisse sufficiat, quod exstat psal. cxviii, 152, pag. 1476, ubi in Carafæ interpretatione desiderantur verba ista: *Descendens*, inquit, *contestare eos per caelum ac terram*. Sed de his satis. Magis lætati sumus de auxilio quod egregii isti codices nobis attulerunt, ut lacuna illa, de qua jam diximus, feliciter expleri posset, psal. xviii, 6, 7. Multa etiam, eaque nonnunquam satis proluxa loca in Commentario ad Psalmos [XIX] ex his codicibus accesserunt, quæ signo illo (») a textu Sirmondiano distinguere visum est. Sed non omnes istæ accessiones in textum recipi vel potuerunt vel debuerunt: magnam potius earum partem ad marginem remisimus, si vel nexus cum illis quæ præcedebant, erat minus aptus, vel apud Montfauconium in Collectione nova Patrum, apud Corderium, imo quoque in Chrysostomi aliorumque scriptis, eadem sub aliorum auctorum nomine expressa vidimus, vel denique aliæ dubitandi rationes adfuerunt. Speramus etiam, re quos harum rerum judices hoc nostrum consilium esse præbaturus. Maluimus enim in re satis gravi timidores quam audaciores videri, et a culpa ista immunes esse, quam illi sibi contraxerunt, qui ut scriptorem quemdam egregie locupletasse putarentur, obvia quæque minus caute arripuerunt.

Nunc paucis reddendæ erunt rationes, cur in Scholiis textui, parca licet manu, adjectis, tum receptam LXX Interpretum lectionem, tum Fragmenta reliquorum interpretum Græcorum, tum denique ipsius Græcæ versionis ab Hebraica veritate dissensum, passim attingere visum sit. Ad primum quod attinet, lectionibus versionis Græcæ restituendis admodum proficuum esse putamus, si in scriptis Patrum Græcorum lectiones illæ non negliguntur, quæ a recepta LXX Interpretum lectione recedunt. Ita enim haud raro genuinam et primitivam horum Interpretum lectionem deprehendimus, in qua vel omnes vel plurimi commentatores Græci consentiunt. Sic II Reg. xx, 18, recepta lectio versionis Græcæ est *ἐθελυτο*; Theodoretus autem, ut ad locum istum observavimus, legit *δέθελυτο*. Jam cum hæc posterior lectio in Commentariis Græcis tantum non omnibus obvia sit, specie haud caret conjectura, eam esse genuinam et primitivam, ex qua emendari possit recepta lectio. Alia hujus generis exempla in eodem libro exstant cap. xxi, 2, et cap. xxiv, 1. Observavimus autem, Theodoretum lectiones plerumque cõsentire cum codice Alexandrino et Oxoniensi, sicque cum editione Aldina, et, si fides debetur Bosii Excerptis, etiam cum Complutensi. Ad alterum quod attinet, antiquiorum interpretum Fragmenta adhibenda esse putavimus, ubi Theodoretus minus rectam LXX Interpretum versionem secutus erat, quod tamen rarius accidit, ut quæst. VI in librum Judicum. De reliquo laudandum est criticum Nostri studium, utpote qui haud raro falsas LXX Interpretum explicationes [XX] melioribus Symmachi aliorumque postposuit, ubi opus erat, reliquorum interpretationes recensuit. Multum itaque adjuvit Montfauconii et Drusii operam in colligendis antiquorum interpretum Græcorum Fragmentis positam; etsi in Scholiis passim a nobis indicata sint, quæ in Montfauconii Hexaplis desiderantur. Quod denique reliquum est, diversitas, quæ inter textum Hebraicum et versionem Græcam haud raro intercedit, et in Psalmis præcipue frequens est, vel idæo paucis indicanda fuit, ut cavere sibi discant alii, ne sensu alieno in S. Scripturam illato, ad alia quævis delabantur. Hoc enim Patribus Græcis sæpius accidisse, docet versionis Græcæ, quam sequi solent, cum Hebraica veritate comparatio.

Reliquum est, ut moneamus, ad intium paginarum editionis Sirmondianæ se referre asteriscos ad marginem in textu editionis nostræ appositos, ipsi autem Operi Indicem harmonicum, ut dicunt, paginarum utriusque editionis præmissum esse, quo in rem suam commode uti poterunt, qui locum ex editione Sirmondiana allegatum, in nostra quæerunt. Nec inutile visum est, ad finem Commentarii in Psalmos Græcum subjungere Indicem, secundum prima cujusvis psalmi verba, alphabetico ut aiunt ordine compositum. Loca etiam biblica in hoc Opere citata, non solo capitis numero, ut in priori editione, sed addito versiculorum numero exprimenda esse duximus. Laudandum quoque est studium cl. Bertrami A. M. qui omnem dedit operam, ut hæc nova editio, quantum fieri posset, ab erroribus typhothetarum esset immunis.

Deum rogamus, ut hos et reliquos conatus nostros in nominis sui gloriam et aliorum utilitatem cedere jubeat clementissime. Dab. Halæ in Acad. Frideric. vi Cal. Octobr. A. R. S. MDCLXVIII.

SIRMONDI PRÆFATIO.

[XXI] *Etsi non abs re fortasse poteram præfatione ista supersedere, atque in hac Theodoretæ editione nostrâ quid præstitum sit, oculis tuis potius, lector, et observationi relinquere: de paucis tamen quibusdam, in quibus hæcere te posse sentiebam, non ingratum fore visum est si breviter indicarem. Primum omnium de Quæstionibus in Octateuchum, quæ sunt in principio tomi primi, cum harum exemplum in Bibliotheca regia Joannes Picus interpres nullum ætate sua fuisse varret, optimum vetustissimumque in ea nunc esse, quod nobis non solum Theodoretæ præfationem hactenus non editam, cum iis quæ in Pici codice sub finem desiderabantur, exhibuit, sed et alia passim multa vel pleniora vulgatis vel emendatiora subministravit, perturbationemque illam discussit, quæ suspensos legentium animos in quæstione 20 morabatur. [XXII] Ubi cum de imagine Dei, quænam admodum accipienda sit, veterum aliquot scriptorum opinionibus protulisset ac rejecisset Theodoretus, easdem ipsas quas improbatat, postmodum assèrere et confirmare videbatur, errore ut apparet hinc nato, quod, cum ex antiquis Catenis, quas vocant, excerptas Theodoretæ Quæstiones istas constat, qui codicem, quo usas est Picus, descripsit, cum Theodoretianis sententiis, Origenis quoque ac Diodori et Theodori sententiis illas quas rejecerat, prætermittis auctorum nominibus per imprudentiam subjunxit. Quo prorsus mendo caruit codex regius, qui quod Theodoretæ non sit hoc loco nihil habet. Hunc itaque nos secuti, ea quæ subsequerentur sic retinimus, ut Origenis, Diodori et Theodori præfixis vocabulis, non Theodoretæ, sed aliorum esse ostenderemus. Quin et hoc exemplo, non modo alia id genus aliorum auctorum commata, quæ aliis in locis occurrebant, et proprium nomen retinebant, non sustulimus, sed et ipsi nova quædam interdum, quæ ad Theodoretum facerent, eodem ex fonte petita, e re tua futurum id sperantes, indidimus: in secundo deinde tomo, qui prophetarum explanationes continet, ut Isaia Commentariorum, qui nusquam reperiuntur, jacturam aliqua ex parte resarciremus, ex iisdem Catenis ea delibavimus, quæ Theodoretæ nomen præferbant, quæ quidem cum medullam hæud dubie omnium quæ in Isaiam scripserat, succumque complectantur, subsidio interim eruit, dum integrum opus emergat. Quanquam hujus potius spes jam dudum, ni fallor, apud Græcos ipsos interit: quippe qui ad jacturæ solatium Excerpta quoque istiusmodi aggressi sint, quorum exemplaria et Romæ et Parisiis videre nos incivimus, sed quæ ultra xv Isaia caput non procedebant. In tertio lucem nunc primum vident Theodoretæ Epistolæ CXLVII, paucæ videlicet, si cum iis conferantur, quas Nicæphorus abs se lectas Commemoravit numero quingentos. In his Vaticanum codicem exhibuimus, quo etiam usus est cardinalis Baronius in Annalibus. Postea Neapolitanum alterum hæc, varias ex eo lectiones Vaticano apographo castigatioris selegimus, suoque loco edendus [XXIII] curavimus. In quarto nihil est admodum quod Græce Latineque antehac excusum non sit, cum in cæteris Græce plurima nunc primum proferantur: in primo nimirum, Quæstiones in libris Regum, et Paralipomena, itemque Psalmorum interpretatio et Cantici canticorum: in secundo universa, hoc est prophetarum omnium, tum majorum præter Isaiam, tum minorum duodecim explanatio: in tertio denique, Expositio Epistolarum beati Pauli, religiosa eremitarum Historia, et Theodoretæ quas diximus Epistolæ. De versionibus Latinis hoc quoque admonendus es, lector, quoniam in Græco-Latina editione id præcipue spectandum videbatur, ut Latina Græcis, quoad ejus fieri posset, paribus spatiis responderent, brevitati autem Theodoretæ laciniosa quorundam interpretum oratio minime congruebat, faciendum necessario fuisse, ut huic incommodo mederemur. Quod nunc parcius, nunc liberius aliqua interpolando dum facimus, reprehensionem vereremur, nisi conscii nobis essemus, quanti omnium, qui in hac arena versati sunt, doctrinam facundiamque faceremus. Quorum etiam beneficii memoria ne interiret, singulorum Epistolas, quid quisque primus in lucem protulerit explicantes, sed in aliis deinceps editionibus prætermittas, in hac nostra restituendas duximus. Ante omnia vero, Theodoretæ quoque ipsius vitam ex ejus polissimum Epistolæ concinnatam adjecimus. Tu æqui omnia consulte, et vale.*

VETERUM ALIQUOT SCRIPTORUM

DE THEODORETO TESTIMONIA.

Sancti Leonis papæ in Epistola ad Theodoretum ipsum, quæ integra exstat in Appendice sub finem tomi IV editionis Sirmond.

Dilectissimo fratri Theodoro episcopo, Leo episcopus.

Benevolentibus ad nos fratribus et consacerdotibus nostris, quos ad sanctum concilium Sedes B. Petri

direxit, agnovimus dilectionem tuam superno adjutorio nobiscum tam Nestorianæ impietatis quam Euty-
chianæ vesaniæ exstitisse victricem. *Et post alia.* Sed benedictus Deus noster, cujus invincibilis veritas ab
omni hæreseos macula mundum te secundum sedis apostolicæ judicium demonstravit. Cui dignam retribues
pro tot laboribus gratiam, si talem te, qualem probavimus ac probamus, pro universalis Ecclesiæ defensione
servaveris. Nam quod Deus omnium calumniatorum fallacias solvit, maximam beatissimi Petri curam
pro nobis cunctis agnoscimus, qui postquam suæ sedis judicium in fidei defensione firmavit, nec circa
cujusquam vestrum, qui nobiscum pro catholica fide laborastis, personam quidquam reprobam videri per-
misit : quia nec poterat Spiritu sancto judicantibus quisquam ex eis non victor existere, quorum jam vicerit
fides.

Gennadii presbyteri, in libro De viris illustribus, cap. 89.

Theodoretus episcopus Cyri civitatis (a Cyro enim rege Persarum condita servat hodieque apud Syriam
nomen auctoris), scripsisse dicitur multa : ad meam tamen notitiam ista sunt quæ venerunt. De incarna-
tione Domini adversus Eutychem presbyterum, et Dioscorum Alexandriæ episcopum, qui humanam in
Christo carnem fuisse negant, scripta fortia, per quæ confirmat et ratione et testimoniis Scripturarum, ita
illum veram maternæ substantiæ carnem habuisse, quam ex matre Virgine sumpserat, sicut et veram
Deitatem, quam æterna nascibilitate a Deo Patre gignente ipse nascendo suscepit. Et decem *Historiæ ec-
clesiasticæ* libri, quos imitatus Eusebium Cæsariensem scripsit, incipiens a fine librorum Eusebii, usque
ad suum tempus, id est, a Vicennialibus Constantini usque ad imperium Leonis senioris, sub quo et mortuus
est.

Theodori abbatis et philosophi in Argumento synodi Ephesinæ.

Εὐρέθη δὲ μετὰ Ἰωάννου Θεοδώρητός τις, ἔλλογι-
μώτατος Κύρρου ἐπίσκοπος πόλεως ἀνατολικῆς. Οὗ-
τος κατὰ Κυρίλλου λέγων, ἐπελαμβάνετο καὶ τῶν
δώδεκα κεφαλαίων, ὧν ἔγραφεν ἐν τῇ τρίτῃ ἐπιστολῇ
τῇ πρὸς Νεστόριον. Καὶ ἀνέτρεπεν αὐτὰ, λέγων ὅτι
Ἄρειανός ἐστιν ὁ ἅγιος Κύριλλος, καὶ τὰ Εὐνομίου
καὶ Ἀπολιναρίου φρονεῖ. Ὁ γὰρ Κύριλλος Νεστορικῶν
ἀπομαχόμενος τῷ διαιροῦντι τὴν οἰκονομίαν, τῆς
ἐνώσεως μᾶλλον φροντίδα πεποιήται· ὅθεν καὶ ἐδόκει
πως τῷ Θεοδώρητῳ ὡς μίαν φύσιν δοξάζων, ὡς οἱ
Ἄρειανοὶ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀπολιναρίου. Πλὴν οὕτε
Θεοδώρητος φαίνεται πώποτε τὸν Νεστόριον ὑπερ-
μαχόμενος, ἀλλὰ μόνον τὸν Κύριλλον ἀπομεμφόμενος
διὰ τὴν συμβᾶσαν εἰς Ἰωάννην ἀτιμίαν. Εἰ δὲ βού-
λεται τις γινῶναι, ὅτι Θεοδώρητος καὶ λαὸν ἐμίσει
Νεστόριον, ἀναγκῶν τὸ περὶ τῶν ἀτρέσεων αὐτῷ Θεο-
δώρητῳ γεγραμμένον βιβλίον.

Cum Joanne adfuit Theodoretus eloquentissimus
episcopus Cyri civitatis orientalis. Hic contra Cy-
rillum agens, duodecim ejus capitula reprehendebat,
quæ in tertia ad Nestorium epistola conscripsit; re-
sellebatque illa, dicens Arianum esse sanctum Cy-
rillum, et cum Eunomio et Apollinari sentire.
Cyrillus quippe Nestorio resistens incarnationem
dividenti, majorem unionis curam præ se tulit : unde
et Theodoreto unicam naturam docere videbatur,
sicut Ariani et Apollinaris. Sed neque Theodoretus
Nestorium defendere unquam visus est, sed Cyril-
lum duntaxat accusare ob iſtam Joanni contumeliam.
Quod si quis nosse velit exosum vehementer
Theodoreto fuisse Nestorium, librum legat quem
Theodoretus ipse *Adversus hæreses* composuit.

Joannis Eucharistæ in Elogiis scriptorum ecclesiasticorum.

Ἐπιστορήσας τοὺς σοφοὺς διδασκάλους
Καὶ τὸν Θεοδώρητον αὐτοῖς ἐγγράφω,
Ὡς ἄνδρα θεῖον, ὡς διδάσκαλον μέγαν,
Ὡς ἀκράδαντον ὀρθοδοξίας στυλόν.
Ἄν δ' ἐκλονήθη μικρὸν ἐκ τίνος τύχης,
Ἄνθρωπος ἦν, ἄνθρωπε, μὴ κατακρίνης·
Οὐ γὰρ τοσοῦτον δυσσεβῆς ἦν ὁ κλόνος,
Ὅσον μετεῖχε τῆς ἐριστικῆς βίας.
Τί γάρ; Κύριλλον πανταχοῦ νικᾶν ἔδει,
Καὶ δογματιστὴν ὄντα, καὶ λογογράφον.
Ὅμως δὲ τοῦτω καὶ διώρωται πάλιν.
Τὴ δ' ἄλλα πάντα τῶν μεγίστων ποιμένων
Βλεπῶν τὸν ἄνδρα μηδενδὸς λειψιμμένον·
Ἐνταῦθα τοῦτοις εἰκότως συνεγγράφω.

Doctos magistros litteris dum prosequor,
Jure Theodoretus inter hos censendus est,
Divinus ut vir, ut magister optimus,
Fidei orthodoxæ ceu columna immobilis.
Quodsi parumper forte quadam motus est,
Homo erat, qui homo es, ne crimen inferas, cave.
Non tam sinistrae motus hic sententiæ,
Quam pertinacis impetus pugnae fuit.
Quid enim? Cyrillum ubique vincere par erat,
Summæ virum doctrinæ et eloquentiæ,
Sed postea hoc ipsum ipse correxit tamen
Hunc ergo cernens cæteris in omnibus
Non imparem esse maximis pastoribus,
Merito inter illos hoc loco recensui.

(*) Τῆς εὐπειθείας καὶ λόγων εὐγλωττίας
 Καὶ ῥητορικῆς δεινότητος καὶ τέχνης
 Ὡς ἄγαμαί σε καὶ τέθηπά σε πλέον,
 Ὡς συγγραφεὺ ἄριστος καλλίστων λόγων.
 Ὅντως διαχυεῖς καὶ φασίνοι λυγίται.
 Καὶ μάργαροι στίλβοντες οἱ σοὶ δὴ λόγοι
 Καὶ πρόξενοι μὲν ἀρετῆς τῆς ἐνθέου,
 Τῆς ἀθέου δὲ στηλιτευταὶ κακίας.

Artis bene ac concinne dicendi
 Et rhetoricæ vis ac peritiæ exemplum,
 Quantopere amo te, imo cum stupore admiror
 Te qui præstantissimorum Auctor es Operum!
 Vere sunt limpida et instar lucernæ emittunt lucem,
 Et gemmæ splendorem imitantur verba tua.
 Ad divinam quoque nos adducunt virtutem,
 Impietatis autem et improbitatis nefanda produunt
 [crimina.

Claudii de Sainctes, episcopi postea Ebroicensis, de Theodoro Hexastichon.

Sacrorum interpres nemo sine numine divum;
 Si apte, si breviter, munera dupla putant.
 Nemo inter Græcos brevius, nemo aptius isto
 Scripturas aperit, hæreticosque premit.
 Certe illi faciunt divina charismata nomen,
 Ad sacra perque Domum est sarta tuenda datus.

(*) In hac nova editione desiderari nolimus elegantissimum hoc Anonymi epigramma, quod ex veteri codice olim descripsit Henricus Savilius.

TESTIMONIA QUÆDAM

De Theodoretii commentariis in Octateuchum, in libros Regum ac Paralipomenon.

Theodoretus ipse in Præfatione ad libros Regum singula commemorat.

Ἐπειδὴ τῆς θείας χάριτος ἀπολαύσαντες Μωϋσέως
 τοῦ νομοθέτου τὰς βίβλους, καὶ Ἰησοῦ τοῦ προφή-
 του, καὶ τῶν Κριτῶν, καὶ τῆς Ῥούθ ἠρμηνεύσα-
 μεν· φέρε πάλιν τοῦδε τοῦ φωτὸς τὴν ἀγλὴν λαβεῖν
 ἱκετεύσαντες, τὰς τῶν Βασιλειῶν ἀναπτύξωμεν ἱστο-
 ρίας.

Quoniam divina freti gratia interpretati sumus li-
 bros Mosis legislatoris, et Josuæ prophetæ, et Judi-
 cum, et Ruth, age splendorem hujus lucis ut accipi-
 amus iterum implorantes, explicemus Regnorum
 historias?

Idem in I Paralipomenon pag. 561.

Τὴν δὲ τῶν μουσικῶν ὀργάνων διαφορὰν ἐν ταῖς
 Βασιλείαις εἰρήκαμεν.

Musicorum autem instrumentorum differentiam
 diximus in libris Regum.

Photius in Bibliotheca, codice CCIV.

Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ θεσπεσίου ἀνδρὸς, τοῦ μα-
 καρίου Θεοδοῦριτου, ἐξήγησις εἰς τὴν ὀκτάτευχον·
 ἐπιγραφὴν δ' ἔλαχε συμβαίνουσαν τῷ ἔργῳ. Εἰς τὰ
 ἄπορα γὰρ χρηματίζει τῆς Γραφῆς, ἐν οἷς ἐστὶ
 καὶ εἰς τὰ τῶν Βασιλειῶν, καὶ εἰς τὰ Παραλει-
 πόμενα. Χρήσιμον δὲ εἰς τὰ μάλιστα τὸ βιβλίον.

Legi ejusdem divini viri B. Theodoretii Explana-
 tionem in Octateuchum, quæ inscriptionem hæcta
 est Operi congruentem, in obscura et abstrusa
 Scripturæ loca, in quibus sunt et ad libros Regum,
 et in Paralipomena. Utilissimum autem in primis
 hoc opus.

Theodoretus ipse in epistola 82, ad Ensebium episcopum Ancyranum.

Διὰ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, καὶ τοὺς προφήτας
 ὅπαντας ἠρμηνεύσαμεν, καὶ τὸ Ψαλτήριον, καὶ τὸν
 Ἀπόστολον.

Quæ divina est gratia, et prophetas omnes com-
 mentariis exposui, et Psalterium, et Apostolum.

Idem in librum II Regum, quæst. XLIII, de hymno loquens, seu cantico Davidis ob victoriam.

Consonat autem psalmo xvii, vel potius idem est, paucas habens nominum mutationes. Ego autem cum aliis Psalmis hunc quoque interpretatus, super vacaneum existimavi secundam componere interpretationem.

Ἔστι δὲ σύμφωνος τῷ ἐν ψαλμῷ, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἐστίν, ὀλίγως ἔχων ὀνομάτων ἐναλλαγάς. Ἐγὼ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων Ψαλμῶν καὶ τοῦτον ἐρμηνεύσας, περιττὸν ὑπέλαβον δευτέραν ἐρμηνείαν ποιήσασθαι.

Nicephorus lib. xiv, cap. 51, Theodoretii opera enumerans.

Similiter et in Psaltem aliud opus reliquit.

Ἦσαύτως καὶ εἰς τὸν Ψαλτῆρα ἕτερον σύγγραμμα κατέλιπεν.

DISSERTATIO

DE VITA ET SCRIPTIS THEODORETI.

[3] Dignissima est quæ enarretur Vita Theodoretii, sive multiplicem viri doctrinam, sive variam ejus fortunam spectemus. Illa, ut admirationem omni jure meretur, ita quoque multam nos ad imitationem excitandi vim habet; hæc vero, etsi tanto Viro minus digna videri possit, tamen magnam nobis præstat utilitatem. Illustri enim exemplo suo nos docuit Theodoretus, tum quæ nobis ingredienda sit via, si de cœtu Christiano bene mereri volumus, tum quanta opus sit circumspectione, ne vite cum laude actæ et nominis gloriæ vel levis aspergatur macula. Norunt, quæ quot sæculi v et vi ac synodorum, quarum memoriâ in hæc tempora incidit, historiam consuluerunt, quam variam fortunam expertus sit Theodoretus, cujus eadem, quæ olim Eusebii Cæsariensis, sors fuit. Quem enim plurimi summis exornarunt laudibus, eundem alii de fide suspectum habuerunt, sua communione vix dignum putarunt, et quæ eorum temporum fuit iniquitas, anathemate fererunt. Haud multo [4] æquiores nostro etiam tempore quosdam invenit judices, contra quos difficile est Apologiam non scribere. Illis omnino accensendum esse putamus Garnerium, qui passim in Dissertationibus quas Auctario suo complexus est, acerbum adversus scriptorem nostrum egit judicem, cui tamen potius quam Theodoro accidisse existimamus, quod l. c. p. 113, de Nostro dicit, et id passus est, quod solent oculi vehementer affecti: visus est nempe sibi videre totam re ipsa hæresin, ubicunque vel minima species umbræ occurret. » Fuerunt autem omni tempore, qui causam Theodoretii defendentes ipsi veritati patrocinati sunt, etsi Cousinus, qui in Præfatione ad interpretationem Gallicam *Historiæ eccles.* Theodoretii magno cum ardore pro illo pugnavit, et forsitan nonnulli alii haud immerito nimis in illum voluntatis rei habeantur.

A Quæ cum ita sint, auream mediocritatem servare studebimus, ne vel iniquis accusationibus Viro optimo partem laudis detrahere, vel nimio laudandi, aut si quid humani passus est Noster, dissimulandi studio, a veritate aliena tradere videamur.

Ne ordine careat hæc omnis Disputatio, tres constituemus partes Vitæ Theodoretii. Prima narrabit ejus primordia, successus ac studia usque ad annum istum quo ad episcopalem dignitatem erectus est. Secunda exponet de rebus gestis ejus usque ad concilium Chalcedonense, seu œcumenicum quartum. Tertiâ denique recenset ultima ejus fata et motus post obitum illius ortos, quibus finem si non fecit, facere saltem debuit concilium Constantinopolitanum seu œcumenicum quintum.

B Quam nascendi sortem habuerit Theodoretus, ignoraremus, nisi ipse (*Hist. relig.* cap. 15) pauca attigisset, e quibus colligitur, eum Antiochiæ circa A. C. 386, in lucem editum esse, etsi [5] Fabricius (*Biblioth. Gr.* vol. VII, p. 430) natales ejus ad A. C. 595 referre maluerit. Non immorabimur miraculis recensendis quæ ipse loco jam citato de Macedonio Asceta refert, cujus precibus suam nativitatem tribuit. Hæc ideo tantum attigimus, ut appareat, eum dictum fuisse Θεοδώρητον, quia parentibus a Deo quasi donatus erat. Non falluntur itaque qui nomen ejus Græce per η scribere jubent, quod in codicibus etiam fieri observavimus postquam primus hoc nos docuit Joa. Picus in Præf. ad Theodoretii Quæstiones in Octateuchum, quas Græce edidit Paris. a. 1558. Idem quoque defendere videtur Suidas, qui Θεωδῶρητος quidem nomen proprium esse observat, alteram vero scribendi rationem meliorem esse haud obscure indicat, verbis istis quæ proxima sunt, Θεωδῶρητος δὲ δὲ τὸ ἠ ἢ δωρεὰ τοῦ Θεοῦ. Nolumus tamen illis

magnopere adversari, qui nomen illud per scribere malunt, quia sic quoque in codicibus frequenter scribitur, imprimis in Acrostichide Canonis catanyci ad Servatorem, apud Lambec. lib. v, p. 268. Sed mittimus hæc, et ad historiam, a qua paululum digressi eramus, revertimur. Liberali, ut tempora ferebant, institutione frui licuit Theodoro. A prima enim juventute vitam egit in monasterio Euprepri prope Antiochiam, ubi prima eruditionis posuit fundamenta, adjutus favore Porphyrii, qui eo tempore Ecclesie Antiochenæ præerat. Monasticæ vitæ a parentibus inde a natiuitate consecratus, per triginta ad minimum annos in monasterio illo versatus est, nec inde digredere voluit, cum jam lectoris et diaconi honores in eum collati essent. Haud male vero ab illo collocatum fuisse tempus quod ibi trapsegit, testantur egregia illa ingenii fere divini et subacti iudicii specimina, quæ deinde, cum ad munus episcopale evectus esset, edidit. Libris [6] istis, qui magno numero supersunt, elaborandis, gravissimi-que illis negotiis quæ postea subiit, se, cum in hoc lateret monasterio, idoneum reddidit. Nec miramur, tantos illum in sacrarum Litterarum studio fecisse progressus, cum licuerit illi exoptatissima Joannis Chrysostomi disciplina et institutione uti. Quam sint felices, quibus contingit, probis innovescere viris, ab eorum præpendere, suamque ad illorum exemplum componere vitam, nisi omnium temporum doceret historia, hoc unico exemplo abunde posset comprobari. Concedimus quidem, ad summum illud in arte bene dicendi fastigium, quod inter rhetores sacros unus fere tenuit Chrysostomus, non assurrexisse Theodoretum, id tamen asserere non dubitamus, in scientia ista theologo apprime digna, quæ spectat ad interpretationem sacrarum Litterarum, non mysticam illam, sed planam, perspicuam et uniuscujusque captui accommodatam, vix esse quemquam qui Chrysostomo sit similior. In hoc imitando adeo felix fuit Theodoretus, ut si Commentarios ejus in sacros libros Novi potissimum Testamenti consulimus, haud raro ipsum Chrysostomum legere putemus. Sed non unicum hunc habuit artis suæ magistrum. Habuit etiam Theodorum, quem Mopsuestenum dicunt, de quo nescimus an satis recte judicent, qui cum Patribus synodi quintæ omnem ejus damnant memoriam. Paucissima illius ad nos venerunt scripta, Græco idiomate consignata, plura vero, ut bene contra Dupinium monuit Rich. Simon *Crit.* tom. I, p. 107, inter Syros quærenda sunt. Ex paucis illis, quæ sive temporis sive adversariorum ejus iniquitate nobis relicta sunt, vix satis judicare licet, quæ fuerit viri illius sic dicta improbitas. Summam tamen ejus in toto Oriente fuisse auctoritatem novimus, et si ex Fragmentis, quæ in Catenis passim obvia sunt, de [7] hoc Scriptore iudicium ferre licuerit, laude potius quam vituperatione dignum videbitur. Ipse Garnerius Anctarii, p. 184, lateri

A cogitur, talia subinde in Catenis legi ex Theodoro isto in Psalmos, quæ ostendant, ab ipso litteralem sensum feliciter expositum fuisse. Hæc licet haud adeo multum ad tuendam Theodori causam facere videantur, tamen, quia ab adversario eoque alias satis iniquo proficiscuntur, majorem ad eum commendandum vim habebunt, quam quæ Facundus multis complexus est libris. Quidquid vero sit, parum proficua fuit Theodoro familiaritas, quam cum illo contraxerat. Uterque enim, postquam satis diu funesta de tribus Capitulis agitata erat lis, in synodo v Constantinopolitana A. C. 553, damnatus est. De Nestorio autem quid dicamus? Opotandum sane esset, nullam Nestorio cum illo intercessisse consuetudinem. Magna autem pietatis species, quam eo tempore, quo Theodoretus in monasterio versabatur, præ se ferebat Nestorius effecit, ut arctissima inter utrumque contraheretur amicitia, quæ maximis adversitatibus ægre dissolvi potuit. Theodoretus enim amicorum suorum erat studiosissimus et in defendendis illis constantissimus. Multorum hæc ipsi fuit causa malorum, de quibus in proxima hujus Dissertationis parte aptior erit dicendi locus. Hoc unicum nunc adjiciendum erit, errores viri, ejus personam colebat, magnopere detestatum esse Theodoretum, ut scripta ejus et Acta concilii Chalcedonensis testantur.

Quæ fuerint scriptoris nostri primordia, quo delectatus sit studiorum genere, quos habuerit præceptores, quosque coluerit amicos, hactenus vidimus. Verendum autem est, ne, ut justo diutius illum in cœnobio Sancti Euprepri delituisse nonnulli putant, ita quoque nos jam satis diu his vitæ ejus initiis immergati esse existimemus. [8] Comitemur itaque nunc Theodoretum ex angustiis monasterii illius cancellis in ampliorem et tanto viro digniorem personam prodeuntem. Vicenarius, quam deinde personam egerit, et quæ fuerit ejus in administrando munere episcopali rara assiduitas. Publicum Ecclesie doctorem jam agere cœperat, cum ab Alexandro Antiochiæ hoc tempore episcopo diaconus constitutus esset. Hoc munere, etsi e monasterio suo nondum egressus, summa cum laude functus est, cum in sermonibus, quos coram cœtu sacro recitabat, Apollinaristarum, Arjanorum aliorumque errores acriter perstringeret. Sacris hisce, si ita dicere fas sit, præliis, gravioribus quæ postea subiit, certaminibus quasi præcludere visus est, tantamque de se spem fecit, ut cum Cyri, Syriæ Euphratesiæ urbis, quam alii Chyrrum dicunt, episcopus vita defunctus esset, Theodotus eo tempore Antiochiæ præsul, Nostrum dignissimum putaret, qui sedi huic episcopali admoventur. Factum hoc esse putant Baronius et Tillemont A. C. 423. Sententiæ suæ fundamentum petunt ex Theodoro ad Leonem episcopum Romanum epistola, quæ est centesima decima tertia. In illa enim dicit, se sex et viginti annis a Deo sibi commissæ Ecclesie præfuisse. Eundem episcopalis muneris

annum ponit in epist. 116, quæ Renato presbytero inscripta est. Jam vero utraque hæc epistola non potuit scribi ante A. C. 449, in quam incidit synodus *ἁγσπεχῆ*, de qua in his litteris jure queritur. Recte itaque se habet calculus, si summæ annorum 449 detrahantur 26 anni. Aliam tamen computandi rationem sequuntur, qui annum ponunt 420. Huic sententiæ nos etiam subscribimus, tum quia confirmari videtur per epistolam 83 quæ scripta est ad Dioscorum episcopum Alexandriæ, tum quia alio duplici scriptoris nostri testimonio satis [9] munitur. Ad Eutrechium enim scribens (Epistola est octogesima numero) Pontificem se nominat qui episcopatum per 25 annos gesserit. Eundem numerum ponit in litteris quas ad Nonum consulem dedit (epistola est 81). Jam vero Nonus consul fuit ann. 445. Si itaque demas annos 25, incidit initium dignitatis episcopalis Theodoretii in ann. C. 420. In eadem ad Nonum epistola testatur, se invitum ordinatum esse. Quod ne miretur quisquam, duo commemoranda erunt, quæ in causa fuisse videntur, cur invitus hæc provinciam in se suscepit. Regio Cyrestica, licet octingentos vicos comprehenderet, ut ex epistola ad Leonem data (quæ est 113) patet, soli tamen sterilitate magnopere premebatur, montibusque, ut Noster ad Constantium præfectum scribit (epist. 42), inclusa erat multis et magnis, partim plane nudis, partim infructuosis arboribus consitis. Miseram quoque eam vocat regionem in litteris ad Pulcheriam Augustam datis (epist. 45). Magis autem deterrere eum poterat Marcionitarum Arianorumque nefanda hæresis, quæ tam altas ibi egerat radices, ut non sine summis difficultatibus extirpari potuerit. Sed quæ per extrema pericula et summas calamitates illustrior apparet, divina gratia, præsto fuit B. Theodoretus, animumque illi addidit, ut abjecto omni timore adiret provinciam, quæ, si ulla aliâ, fido et perito opus habebat antistite. Nec successu caruerunt conatus ejus, quibus eo major debetur laus, quo majores superandæ fuerunt difficultates. Has ipsius præstantissimi viri verbis ex epist. 81 desumptis Latino sermone recensere juvabit. « Octo, inquit, vicos Marciani hæresis infectos, æque ac locos vicinos, ad veritatem volentes perluxi. Vicum alium Eunomianis, alium Arianis refertum, ad divinæ cognitionis lucem adduxi, nullumque [10] apud nos, Dei beneficio, hæreticorum reliquum est lolium. Non sine periculis autem hæc præstiti, sed effuso sæpius sanguine meo, haud raro lapidibus ab ipsis petitis, et quasi ad ipsas inferni portas delatus. » His respondent, quæ idem Leoni episcopo Romano scribit (epist. 113), « Divina mihi succurrente gratia supra mille animas a Marcionis morbo liberavi, multasque alias quæ Arii et Eunomii partibus adhæserant ad Christum Dominum perduxi. Et octingentarum ecclesiarum pastor constitutus sum (tot enim Cyrus habet parochias) in quibus lolium nullum relictum est, sed omnibus hæretico-

rum erroribus grex noster creptus est. Novit qui omnia videt, quot lapides a nefandis hæreticis in me coniectos exceperim, quam multis in urbibus Orientis certamina mihi subeunda fuerint adversus gentiles, adversus Judæos et adversus omnes hæreticorum errores. » Hæc autem ne quis justo ambiciosius a Nostro dicta esse putet, monendum erit, acerba viri multis calamitatibus eo tempore oppressi fata hæc vitæ quasi imaginem et defensionem efflagitasse. Alias enim in laudibus suis prædicandis, quod modestis proprium esse solet, est admodum parvus. Ecquis itaque est, qui non perspiciat, summo studio Nostrum in eo laborasse, ut puriorem suis traderet doctrinam, eamque contra quosvis errores mascule defenderet? Et quis non mirabitur assiduitatem et indefessum studium viri, qui cum octingentas curæ suæ commissas haberet Ecclesias, aliorum quoque multorum salutem prospexit? Hoc sibi datum esse negotium putavit Theodoretus, ut non Cyresticæ modo provinciæ, sed Antiochenis quoque, Berrhœcensibus aliisque pluribus cœlestis doctrinæ veritates occasione enata proponeret. Nec laude caret liberalitas, qua egentibus distribuit bona, quæ a parentibus acceperat, omnia, et redditus suos publicæ utilitati [11] consecravit. Quibus ut fidem faciamus, verba ipsius ex Epistola ad Leonem Romanorum episcopum apponimus. « Episcopatu inquit, tot annis gesto non domum acquisivi, non agrum, non opolum, non sepulcrum, sed sponte paupertatem amplexus sum, et ea, quæ a parentibus acceperam, post illorum mortem statim distribui, ut sciunt omnes qui habitant in Oriente. » Eadem fere sunt quæ ad Nonum consulem scribit, quæ ne longiores simus jam omitimus, et ista tantum ex hac epistola (quæ est octogesima prima) in rei fidem adducimus, quæ providam ejus de salute urbis suæ curam testantur. « Publicas, inquit, porticus, e redditibus ecclesiasticis erexi, pontes duos maximum extruxi, balneorum communium curam gessi, cumque ex alluente fluvio aquam in urbem nostram deferri invenirem, aquæ ductum parari curavi, et urbem aqua carentem aquis replevi. » Hæc insignia in cives urbis Cyri collata beneficia commemorat quoque in epistola ad Anatolium patricium (quæ est septuagesima nona numero) data. Mirantur, qui hæc legunt, raram Nostri in opibus dispendis collocandisque moderationem, quantum alfuere a lucri cupidine immoderatoque honorum sæcularium usu, et quam dignum persona episcopi putaverit, non modo curam animarum gerere, sed salutem quoque externam suorum, eorumque necessitatibus invigilare. Studii hujus quod laudem sane meretur, et in quo vix sibi parem habuit Theodoretus, unum alterumve adhuc commemorare liceat testimonium. Euphratesiam ejusque primam urbem Cyrum, ingressus, cum opus esse videret medicis, omnem dedit operam, ut artis salutaris exercendæ peritos ad hanc provinciam incolendam

precibus adduceret, quorum unum magnopere commendavit Apellæ in epistola quæ est 115 numero. Nec [12] minus paternum, quo suos fovebat, amorem testatus est, cum Cyrestica terra oneribus publicis magnopere premeretur. Adeo ipsum angebat eorum quos curæ suæ commissos habebat miseria, ut pro levandis oneribus istis apud Pulcheriam Augustam et Constantium præfectum intercederet: quæ utraque epistola (42 et 43), ut argumento, sic quoque numero est cognata. Nec silentio prætereunda est eximia illa munificentia, qua post expugnatam a Vandalis et direptam Carthaginem haud paucos, qui cum extrema paupertate colluctabantur, liberaliter hospitio excepit, et provida sua cura dignatus est, in primis Celestiacum, quem postea amicis suis (epist. 29-36) de meliori commendavit. Hactenus in recensendis Theodoretii virtutibus, ut par erat, occupati fuimus, quæ omnes, si conjunctæ spectantur, amabilem veri dignique autistitis exhibent imaginem. Huic quid adjungi possit vel debeat, non videmus. Num, quæso, qui hæc omnia legerit, fidem nostram dubiam reddet, si dixerimus, eum qui de omnibus bene mereri, et non suis modo, sed exteris etiam benignum, liberalem ac munificum se exhibere studuit, pacem quoque coluisse, ita ut nec de vi aperta ulli illata, nec de dolo aliis structo unquam accusari, sive in jus vocari potuerit? Ita omni jure de Nostro statuendum, nec ullo amplius opus esse putamus testimonio. Tamen, ne vel levi suspicioni relinquatur locus, testem excitabimus epistolam quam dedit ad Nomum consulem. In hac (quæ ordine est 81) scribit: « Annos viginti quinque ita vixi, ut neque in jus vocatus sim a quoquam, neque ipse quemquam accusaverim. Totidem annis nullus religiosissimorum clericorum, quibus præeram, tribunalia frequentavit. Non obolum, non vestem a quoquam sumpsi: ne unicum quidem panem, aut ovum [15] ullus domesticorum meorum accepit unquam. Præter panniculos quibus amictus sum, nihil possidere volui. » Ita quoque ad Eutrechium præfectum, eodem, ut jam alibi notavimus, tempore, scribens (epist. 80) testatur, se nec forum judiciale interpellasse unquam, nec ab ullo criminis reum esse actum. Quis itaque de viri lenitate, æquitate et erga alios justitia jure dubitaverit? Magnopere itaque miramur, Oudino verba ista potuisse excidere, quæ exstant tomo I *De script. eccles.*, p. 1056. « Cum exereuerit tam grandes inimicitias adversus Cyrillum Alex. et ante synodum Ephesinam, quæ anno 431 facta est, et post synodum, amarulentis in eam conscriptis libris: miror, qua ratione Theodoretus gloriatur, sibi que potissimum de mititate ablandiatur in epistola 81 ad Nomum. » Hæc satis aperte produunt interpretationem a sensu scriptoris alienissimam. Cum enim Noster ad Nomum et Eutrechium scribit, nec se nec suorum quemquam frequentasse dixit, *σφίον*, de criminibus intelligi voluit, quibus in

A foro civili pœnæ statuuntur, non autem de controversiis quæ de capitibus fidei agitantur, quales ipsi cum Cyrillo intercesserunt. Longiori contra Oudinum non opus erit disputatione, quam, ne scriptoris nostri causam deserere videremur, omittere quidem non potuimus, protrahere tamen nolumus, quia de controversia, quæ inter Nostrum atque Cyrillum agitata est, in proxima hujus Dissertationis parte, ad quam progredimur, sermo nunc instituetur.

B Viginti et quod excurrit annorum historia texenda est nobis, cum in altera Vitæ hujus parte de rebus gestis Theodoretii usque ad concilium Chalcædonense exponere constitutum sit. Rerum dicendarum ordo jubet ut initium faciamus ab illis quæ concilium [14] Ephesinum prius, quod in ann. 431 C. incidit, præcesserunt. Lites nunc enarrandæ sunt funestissimæ, quæ in causa Nestorii, impii hominis, non sine maxima animorum contentione, in Orientali et Occidentali Ecclesia eo tempore agitari cœperunt. His enim litibus adeo involuta est Theodoretii vita, ut, qui hanc describere aggreditur, illas attingat necesse sit. Ne autem quibusdam lectorum obscurum sit, unde orta fuerit acrior illa inter Cyrillum et Theodoretum disputatio, paulo altius repetendæ erunt ejus origines. Notissimum omnibus esse debet, minus recte de divina Christi natura et de incarnatione sensisse Nestorium, qui eo tempore Constantinopolitanæ Ecclesiæ erat præfectus. Per discipulos, ut fieri solet, impia spargebat dogmata sua, in primis per Anastasium, quem habebat presbyterum, qui pro concione aliquando dixerat, Deiparam Virginem Θεοτόκον dici non posse. Accusatus a clero Constantinopolitano, defensus autem est a Nestorio. Hinc illæ læcymæ. Ignis, qui primum in urbe regia gliscere videbatur, mox in flammam erumpebat, et non modo totum Orientem pervadebat, sed Romam quoque deferebatur. Cœlestinus, Ecclesiæ Romanæ hoc tempore antistes, a Cyrillo in subsidium vocatus, primis mali hujus initiis, ne mora diuturnitatem attraheret, obviam eundum esse putavit, igni vero oleum affundere visus est. Severiorem enim istam tulit sententiam, qua Nestorio injungebatur, intra decimum a publicata sententia diem, erroribus suis vale dicere, et duodecim capitulis sive anathematismis a Cyrillo compositis subscribere, addita, ut si secus faceret, episcopali sede ejiceretur, comminatione. Alia autem medendi ratione, et majori imprimis lenitate opus fuisset. Nestorius enim, sive ingenii quo pollebat acumjne, et eloquentia qua in multis suo [15] tempore superabat, fretus, sive aulicorum quos in urbe regia habebat fautores, amicitia, eaque qua in Oriente conspicuus erat auctoritate, sive denique aliorum quorundam episcoporum assensu, audacior factus, sprevit Cœlestini minas. Sic res delata est ad concilium Ephesinum prius, seu œcumenicum tertium, cui præsedit Cyrillus, qui, priusquam haberetur concilium illud, litteras

Cœlestini misit ad episcopos Antiochiæ et Hierosolymæ, ut hos a societate cum Nestorio iucunda deterreret. His litteris commotus Joannes Antiochiæ episcopus scripsit ad Nestorium, quem admonuit, ut ad sanio rem fidem rediret, motusque in Ecclesia excitatos sedaret. Hanc epistolam bonæ mentis testem charitatisque plenam nonnulli Theodoro nostro tribuunt, quam sententiam non sine multa fiducia proponit Garnerius Auct. p. 59 et p. 119, in dubio autem positam esse dicit ibid. p. 469 et p. 474. Quidquid sit, sciente et suadente Nostro composita esse videtur epistola illa, quæ obinendæ fini suo omnino erat aptissima, si mens non lava fuisset Nestorio. Illic vero, ut solent qui pertinacius adhærent consiliis suis, locum non dedit amicorum adhortationi, sed horum abusus iudicio rogavit Joannem, ut refutandorum duodecim Cyrilli anathematismorum operam, periculi tunc temporis plenam, deferret viris peritis. Sors ista Andræ Samosateno, est, quod dolemus, Theodoro obtigit. Ita factum est, ut qui ad ea usque tempora bene apud omnes audiverat, male apud multos audiret, et litibus sese ingereret, quas declinasse melius omnino fuisset. At vero multa sunt, quæ tuendæ Theodoro causæ inserviunt. Hæc Garnerii potius quam nostro nomine recensere juvabit, ut appareat, vel ipsis adeo adversariis patuisse, virum præstantissimum, etsi humani aliquid passus [16] sit, tamen non sine laude pugnam cum Cyrillo inivisse. Ita autem Garnerius Auct. p. 120 : « Ingererat sese occasio optatissima conserendæ pugnæ cum Cyrillo multarum palmarum duce, eoque totius fere orbis doctissimo, et tamen *opportuno vulneribus*, ut ipsi quidem videbatur. Audendi causa non tantum *honestæ*, amico laboranti opem ferre ; sed etiam *religiosa, obsistere homini partes Apollinarij in speciem tuenti*. Pulchrum erat auxiliari Nestorio urbis regis antistiti, aulæ gratioso, et simul oppugnare Cyrillum, cujus potentia, quo major ab Occidentis favore, eo invidiosior Orienti atque ipsis imperatoribus formidabilior : urgebat præsulis mandatum, cui parere pium, obsistere intutum. Anathematismos arguere, quid aliud..... videretur, quam lassere pugnam, quæ orbe toto spectante peragenda esset..... Quid multa? illecebrosum erat, dici ubique terrarum, quod solebat Antiochiæ, eloquentiæ miraculum et doctrinæ prodigium. » Multa his insunt, quæ recte et præclare dixit Garnerius ; sunt vero etiam, quæ infensam erga Theodoretum mentem testantur.

Signis utrinque datis quasi concurrebant acies. Ne vero dispar esset pugnæ ratio, quisquis dimicantium operam dabat ut quam plurimos ad partes suas alliceret. Hac mente Cyrillus epistolam ad monachos Ægypti scripsit, eosque hortatus est, ne Nestorii fallacis insidias sibi strui paterentur. Litteris hæc, ne successu carerent, adjunxit duodecim capitula, suisque effecit artibus, ut in ipsa adeo urbe regia multis metum incuteret. Ex altera

A autem parte Theodoretus litteras contra Cyrillum dedit ad monachos Euphratesiæ, Syriæ, Phœnicæ et Ciliciæ, quas integras Græcæ et Latine suo tempore, si Deus vitam [17] viresque concesserit, exhibebimus. Inter ἀνέκδοτα huc usque locum tenuit Epistola illa, cujus exiguam tantum partem ex Actis synodi v dedit Garnerius, Auct. p. 62, sed tantum Latine, quia apographo epistolæ quæ in cod. quodam Augustæ bibliothecæ Vindob. exstat, caruit, quo nobis jam frui licuit.

Rebus ita dispositis indictum est imperante Theodosio concilium Ephesi congregandum. Conveniunt magno numero Patres, primas tenuit Cyrillus, qui absente, seu, ut nonnullis visum est, consulto moras trahente Joanne Antiochiæ episcopo, feralem contra Nestorium dixit sententiam. Sed animis jam concitatis multæ obortæ sunt turbæ. Joannes enim Antiochenus cum advenisset, Cyrillo, Memnoni Ephesi episcopo, et toti concilio magnopere succensus, aliisque in societatem suam ascitis Cyrillum exauctoravit, graviterque in omnes animadvertit qui ab illius partibus steterant. Majora rei sacræ metuenda fuissent mala, nisi imperator Theodosius, de perturbato Ecclesiæ statu certior factus, providisset, ne quid ab utraque parte ageretur, donec causa esset cognita. Variis tamen artibus, comitumque, quibus rei cognoscendæ cura ab imperatore commissa erat, consiliis effectum est, ut tandem dimissis Patribus fere cuncta in pristino statu remanerent, confirmata tamen sententia contra Nestorium pronuntiata. Proximo post hoc concilium tempore odium, quod nondum sopitum erat, novas quasi recepit vires, et occasionem dedit celebratissimis illis quinque libris, quos Theodoretus contra Cyrillum et concilium Ephesinum composuisse dicitur. Hi magnopere displicuerunt Cyrilli sectatoribus, et Mario Mercatori adeo execrabilis visi sunt, ut scribere non erubuerit (Operum t. II, ed. Garn. p. 265) Nostrum instigante diabolo illos exarasse. Nec minus Garnerius ob libros [18] istos succensusit Theodoro : erravit autem, cum Auct. p. 125 scribit, illos jussu Theodosii imperatoris combustos esse, quod tamen p. 259, Dialogis istis qui *Eranistes* seu *Polymorphus* inscripti sunt, accidisse perhibet, notatus ideo ab Oudinô I, p. 1101.

Cyrillus, qui in synodo Ephesina ex arbitrio suo omnia disponere cœperat, adversam autem fortunam deinde expertus erat, mutata rerum facie pacis agitabat consilia. Parum enim proficua ipsi fuerat controversia ista cum Orientalibus, et gravissime premebatur scriptis a Nostro compositis. Nec Joannes Antiochiæ episcopus e re sua esse ducebat, litibus hæc diutius inhærere, cum nulla spes illi reliqua esset, fore ut quæ contra Nestorium Ephesi decreta erant, rescinderentur. Ita præparatis animis ex voto accessit imperatoris mandatum, ut Cyrillus omnes inimicitias deponeret et eorum quæ Ephesi expertus fuerat memoriam abjiceret, Joannes autem sententiæ contra Nestorium latæ subscriberet. Pace

his conditionibus restituta, otium quoque Theodoro redditum esse videbatur. Ab eo enim tempore amicitiam cum Cyrillo coluit, ut litteræ adhuc superstitibus testantur, quas vel accepit vel ad illum dedit. Fuerunt quidem, qui ex Epistolis quas hoc tempore ad Ilmerium et Andream Samosatenum misit, colligere voluerunt, simulatam fuisse Theodoretæ amicitiam; sed hi non cogitarunt hanc fuisse scriptoris nostri sortem, ut ab omnibus qui eo tempore male cupiebant Cyrillo, fides ejus tentaretur. Fieri itaque non potuit, quin ad castra e quibus egressus erat, nonnullis redlisse videretur. Ea autem fuit viri moderatio, ut post pacem Ecclesiæ redditam nihil novi moliretur, etsi a multis sollicitatus amicis suis libere animi sensus exprimeret. Unicum tamen est, quod contra sinceritatem initæ inter utrumque [19] amicitia non sine specie moneri posset. Scilicet, cum impia Nestorii scripta vindicibus flammis jussu imperatoris tradita essent, in locum eorum substituta sunt Excerpta e libris Theodori Mopsuesteni et Diodori Tarseusis, quæ cum multis displicerent, refutata sunt a Cyrillo, defensa a Theodoro. Ita in varias partes iterum abire visi sunt, qui vix in gratiam rediisse putabantur. Incertum autem est, num Cyrillo contradicendi studium, an potius veneratio quam utrique illi scriptori deberi existimavit, apud Nostrum, quem scimus in amicis defendendis constantissimum fuisse, plus valuerit. Quidquid sit, querelas suas ad Joannem Antiochenum detulit Cyrillus, cujus hac de re epistolam e cod. Vatic. editam, Vindicis synodi Ephes., etc., p. 141, inseruit Leo Allatius, necnon Garner. Auct. p. 97. Valde iniquum autem erga Theodoretum se exhibuit Liberatus, qui in Breviario suo, cap. 9, statuit, novam factionem Theodoro auctore ortam, Acephalorum nomen accepisse, quia nec Cyrillo nec Joanni adhæserit. Cum Liberato, ut solet, facit Garnerius, qui in Auctario suo passim hujus sic dictæ factionis meminit. At vero jamdudum a Cotelerio, Dupinio aliisque explosa est fabula de hac Acephalorum classe et origine, cum notum sit, post hæc demum tempora Eutychnianis nonnullis nomen illud fuisse impositum. Nec fides ulla debetur epistolis illis, quæ sub Theodoretæ ac Nestorii nomine circumferuntur. Has enim omnes a Nestorianis suppositas esse, ut synodo Ephesinæ maculam aspergerent, jam observatum est a Leontio in libro *De sectis* (Biblioth. PP. t. I, p. 509), Allatio (l. c. p. 131) et aliis. Eadem est ratio epistolæ illius, quæ a Nostro statim post obitum Cyrilli scripta dicitur ad Joannem Antiochenum, cujus [20] hoc est initium: « Sero tandem et vix malus homo defunctus est. » Miramur, Garnerium his spurcissimis litteris ex Actis synodi v desumptis non modo locum concessisse Auct. p. 98, sed etiam defensionem eorum qui Nostro illas præpostero studio vindicant, in se suscepisse, cum jam Baronius, *Annal.* t. VI, p. 25 seqq., docuerit, quam aperta habeant νοθεύας indi-

cia. Idem quoque viderunt Possevinus, Lupus, Allatius, Aubertus Miræus, et quotquot acutioribus oculis præditi erant. Quis enim crederet, quæso, genuinas esse litteras istas, cum notissimum et extra omne dubium positum sit, aliquot annis ante Cyrillum fatis jam defunctum esse Joannem Antiochenum? Sed ea fuit Garnerii, imo quoque Oudini (*De script. eccl.* t. I, p. 1056), qui illum cæco impetu in plerisque sequitur, iniquitas, ut in favorem malæ causæ, errorem in epistolæ hujus inscriptione latere stauerint, quasi pro Joannis nomine ponendum sit nomen Domni, quem successorem habuit. Opportune autem huic levi defensionem posset opponi, quod apud ipsum Garnerium loco quodam ubi contra Cousinum acerbius, ut solet, disputat, me legere memini, « Aut sic aut non debebat pugnari. » Quasi vero nondum satis injurius in boni viri memoriam fuerit Garnerius, protulit quoque Auct. p. 38, fragmentum ex Sermone quem Theodoretus Antiochiæ post Cyrilli mortem coram Domino habuisse dicitur. Hoc, ut alia ejusdem generis, desumpsit ex Actis synodi v, et sola Marii Mercatoris minus firma auctoritate nixus, pro genuino venditavit. Quo minus autem credulum viri, alioquin, si a Theodoretæ historia discesseris, acutissimi, animum multis accusemus, impedit diligentia et integritas Cousini, contra quem pugnavit quidem Garnerius in Notis [21] suis l. c., sed levissimis armis, quæ novum sane sustinere non possent impetum. Cum in eo jam elaboraverimus, ut varias maculas, quæ præstantissimi viri memoriæ ac nomini injectæ erant, abstergeremus, haud a re nostra alienum esse videtur, hanc Dissertationis nostræ partem, loco isto notatu dignissimo finire, quem Leo Allatius, l. c. p. 131, ex Cyrilli ad Valerianum epistola exhibet. Verba ita se habent: « Ἐάν τοίνυν καταψευδόμενοι τινες λέγωσιν ἕτερα τινὰ παρὰ ταῦτα φρονεῖν αὐτούς, μὴ πιστευσέσθωσαν, ἀλλ' ὡς ἀπατεῶνες καὶ ψεῦσαι κατὰ τὸν αὐτῶν πατέρα τὸν διάβολον ἀποπεμπέσθωσαν, ἵνα μὴ ταράττωσι τοὺς ἐθέλοντας ἐρθοποδεῖν. Ἐάν δὲ καὶ ἐπιστολὰς ἑαυτοῖς συντιθέντες τινὲς περιφέρωσιν, ὡς ἐκ προσώπου γραφείσας ἀνδρῶν ἐπιφανεστέρων, οὐκ ὀφείλουσι θαρσεῖσθαι. Οἱ γὰρ ἅπαξ ἐγγράφως ὁμολογήσαντες τὴν πίστιν, πῶς ἕτερα γράφειν δύνανται, καθάπερ ἐκ μετανοίας εἰς τὴ μηκέτι βούλεσθαι φρονεῖν ὀρθῶς παρενηνεγμένοι; Si qui igitur sint, qui illos (Orientales scilicet) ab his diversa sentire falso affirmaverint, nulla eorum dictis fides adhibeatur, sed ut impostores et mendaces instar patris sui diaboli, amendantur, ne illos qui recte incedere cupiunt, conturbent. Quod si autem fuerint, qui epistolas a se concinnatas circumferunt, tanquam quæ a viris spectatis editæ sint, eorum audacia nullo modo est admittenda. Qui enim semel fidem suam per scriptum aliquod professi sunt, qui fieri potest, ut jam contraria scribant, quasi penitentia ducti eo jam prolapsi sint, et recta sapere diutius nolint? Si licuisset Cyrillo ea videre quæ post fata ejus ab impudentis-

simis hominibus sub Theodoretis nomine ficta sunt, quales, quæso, illos reputaturus fuisset, quibus fraus non primo intuitu patet?

[22] Acerbiora erant fata, quæ Theodoretus deinde expertus est. Cyrillo in sede Alexandrina successit Dioscorus, vix dignus in quem tanti honores conferrentur. Ambitio ejus, ne de propensa illius in Eutychanos voluntate nunc quidquam dicamus, nullis continebatur limitibus, adeo ut in aliena quoque diœcesi jus exercere auderet, ut e sequentibus apparebit. Theodoro nostro in primis multarum calamitatum auctor fuit, non quasi de fidei capitibus cum eo decertasset, id enim honorificum videri poterat, sed quia Nostrum adversarium habuerat, cum de primatu inter Proclum et Cyrillum, seu potius hunc ipsum Dioscorum, Ecclesiæ Alexandrinæ eo tempore apocrisiarium, lis orta esset. Theodoratui admotus arripiebat occasionem quam sibi datam esse putabat, ut calamitates quibus Theodoretus hoc tempore premebatur, acerbiores redderet. Accusatus enim erat ille apud imperatorem Theodosium, ac si frequentes synodos prope Antiochiam congregasset, et in concionibus coram populo recitatis nefanda dogmata proposuisset. Tantum apud imperatorem valuerant hæ iniquæ accusationes, ut Commonitorio ipsius Theodosii manu scripto Noster prohiberetur, urbe Cyro egredi. Rem exponit in suis ad Eutrechium præfectum, Anatolium patricium et Eusebium Ancyræ episcopum litteris (epist. 78, 80, 82), et jure de tumultuario hoc judicio ac injuriis sibi facta queritur. Notatu in primis digna et illustrandæ historiæ apta sunt verba ista ex epistola ad Eutrechium. « Injuriæ, inquit, procul dubio me affecerunt, qui ambas aures calumniatoribus dederunt, nec alteram nobis servarunt. Nam et homicidis ac adulteris defensionis locus conceditur: nec prius sententiâ contra illos dicitur, quam præsentibus convicti fuerint, vel confessi, veram [23] esse accusationem. At pontifex calumniæ factus est ludibrium, ne id quidem quod sepulcrorum effractores solent, consecutus, ut interrogaretur, an vera sint, de quibus insinulatur. » Hanc parum æquam agendi rationem tenuit quoque Dioscorus. Cum enim Theodoretum hoc tempore honesto carceri quasi inclusum sciret, statim post accusationem a clericis Osroenis institutam anathemate Nostrum aggressus est, etsi nullum in alienæ regionis antistitem jus illi competeret, et Theodoretus contra injustas criminationes se in Epistola, quæ numero est octogesima tertia, egregie defendisset. Ita magnum impedimentum remotum esse putabat Dioscorus, quod promovendo Eutychie erroris, cui ipse magnopere favebat, obsistere potuisset. Damnatus quidem et ab officio sacerdotali depulsus est Eutyches in concilio Constantinopolitano, quod brevi post hæc tempore ann. C. 488, auctoritate Flaviani urbis regiæ episcopi frequentatum est, sed Eudoxiæ Augustæ et Chrysaphii eunuchi artibus effectus Dioscorus, ut proximo anno nova convoca-

retur synodus, in qua egit præsidem, Eutychieque causam armata manu adeo defendit, ut iste pro insonte declaratus in pristinam dignitatem restitueretur. Ab hac synodo Ephesina posteriori, quam ob nefanda in Flavianum aliosque purioris doctrinæ defensores commissa facinora, ληστρικὴν dicunt, mandato imperatoris Theodosii abesse jussus est Theodoretus. Mala sibi imminencia prævidebat, ut ex epistola (112) quam ad Dominum Antiochiæ episcopum dedit, colligimus. Nec vanus erat metus: nam cum multis aliis, quos laudis potius quam malorum socios fuisse dixeris, sede episcopali dejectus est. Sed gloriosum omnino tunc erat, iis adnumerari qui non sederunt in concilio impiorum. Adeo enim illi proterva audacia macularunt famam suam, qui a Dioscori partibus in hac synodo steterunt, ut turpius [24] fuerit immitti quam ejici. Acta autem hujus synodi rescissa sunt omnia, auctoritate concilii Chalcedonensis seu œcumenici quarti, quod precibus suis ab imperatore Marciano impetravit Leo M. Romanorum episcopus. Celebratum fuit concilium illud ann. C. 451, præsidem agente per quinque legatos Leone M. Præclara multa peregerunt Patres Chalcedone congregati, quorum frequentia insignem concilio illi dedit splendorem. Nos autem missis reliquis, illis tantum quæ ad scriptorem nostrum spectant, immorabimur. Sunt, qui putant, Theodoretum nonnisi octava sessione, in qua præter causam ejus fere nihil agitabatur, fuisse admissum. Facundus autem, quem alii sequuntur, ex Actis concilii evictum dedit, eum à primo inde initio interfuisse synodo, frustra renitentibus Ægyptiis aliisque multis. Quid actum sit sessione octava in causa Theodoretis, et quibus conditionibus sedi suæ restitutus sit, haud melius quam ex ipsis Actis hujus concilii recenseri poterit. Hæc autem ita se habent apud Harduinum in Collect. concil. t. II, p. 498 seq.

« Residentibus omnibus ante cancellos sanctissimi altaris reverendissimi episcopi clamaverunt: Theodoretus modo anathematizet Nestorium.

« Theodoretus reverendissimus episcopus transiens in medium dixit: Et preces obtuli divinissimo ac piissimo imperatori et libellos obtuli reverendissimis episcopis agentibus locum reverendissimi archiepiscopi Leonis; et si vobis videtur, legantur eoram vobis, ut sicut sapio, cognoscatis.

« Reverendissimi episcopi clamaverunt: Nihil re legi volumus; modo anathematiza Nestorium.

« Theodoretus reverendissimus episcopus dixit: Ego per Dei gratiam ab orthodoxis sum nutritus, et orthodoxo sum edoctus et orthodoxe prædicavi; et non solum Nestorium et [25] Eutychem, sed et omnem hominem, qui recte non sapit, aversor, et alienum existimo.

« Et dum diceret hæc, reverendissimi episcopi clamaverunt: Clare dic anathema Nestorio et dogmatibus ejus; anathema Nestorio et amantibus eum,

« Theodoretus reverendissimus episcopus dixit:

Vere non dico, nisi quomodo novi Deo placere. Prius satisfacio vobis, quia neque de civitate cogito, neque honore opus habeo, neque ob hoc adveni; sed quia calumniam passus sum, veni satisfacere, me esse orthodoxum; et omnem hæreticum qui converti noluerit, anathematizo, et Nestorium et Eutychem, et omnem hominem dicentem vel opinantem duos filios, anathematizo.

Et cum diceret, reverendissimi episcopi clamaverunt: Dic aperte anathema Nestorio et iis, qui ea quæ ejus sunt, sapient.

Theodoretus reverendissimus episcopus dixit: Ego nisi exposuero quomodo credo, non dico. Credo autem.

Et cum diceret, reverendissimi episcopi clamaverunt: Iste hæreticus est, iste Nestorianus est, hæreticum foras mitte.

Theodoretus reverendissimus episcopus dixit: Anathema Nestorio et ei qui non dicit Dei Genitricem Virginem Mariam, et qui in duos filios partitur unum Filium unigenitum. Ego autem et fidei definitioni subscripsi, et epistolæ sanctissimi et Deo amantissimi archiepiscopi domini Leonis, et sic sapio. Et post omnia hæc dixit, Salvete.

Gloriosissimi judices dixerunt: Omnis jam dubitatio de Theodoro reverendissimo episcopo est soluta; quippe et Nestorium coram vobis anathematizavit, et a sanctissimo et Dei amantissimo senioris urbis Romæ Leone susceptus est, et definitionem fidei a religiositate vestra prolatam libenter suscepit, [26] et insuper epistolæ memorati sanctissimi archiepiscopi Leonis subscripsit. Deest igitur, ut sententia proferatur a reverentia vestra, ut Ecclesiam suam recipiat, sicut et sanctissimus Leo episcopus judicavit.

Omnes reverendissimi episcopi clamaverunt: Theodoretus dignus est sede, Ecclesia pastorem recipiat: orthodoxum doctorem Ecclesia recipiat, Theodoretus dignus est sede: archiepiscopo Leoni multos annos. Post Deum Leo judicavit: populus orthodoxum recipiat dignum sua sede. Theodoro catholico doctore reddatur Ecclesia.

Ad tertiam Vitæ hujus partem accedimus, quæ ultima Nostri fata, et motus post mortem ejus ortos exponet, sicque progredietur usque ad tempora synodi quintæ. Post concilium Chalcedonense plurimum quidem temporis spatium in monasterio prope Cyrum posito consumpsit Theodoretus, ita tamen ut Ecclesiæ suæ salutem summa cura invigilaret. Exoptatissimam fuisse hanc postremam vitæ ejus partem, colligimus ex epistola ad Joannem Œconomum data (146), in qua testatur, se delectari quiete et vita a curis libera. Ex eadem autem epistola perspicitur, novos eo tempore motus ortos esse culpa Actii archidiaconi, qui consuetam orationum et precum clausulam, quia te decet gloria et Christum tuum et sanctum tuum Spiritum (seu, ut alii dicere solebant, gratia et benignitas Christi tui, cum quate decet gloria cum sancto tuo Spiritu) ad-

mittere volebat, sed mandaverat, non oportere Christum dicere sed Unigenitum glorificare. Ut his temporibus magnæ de verbis agitari solebant lites, ita quoque sub hac verborum nimia distinctione hæretici aliquid latere putabant aliqui, nec absque ratione verebatur Theodoretus, ne idem quod ipse olim expertus erat, accideret Actio, ut scilicet duos in filios dividere [27] putaretur unum Dominum nostrum Jesum Christum, et Unigenitum quidem legitimum credere filium ac naturalem, Christum vero adoptivum ac nothum, sicque glorificatione indignum. Ita rei statum depingit Noster in Epistola quam modo allegavimus, ipse vero quod prudentis erat moderatoris, multo cum studio peregit, cum non modo in hac Epistola locum istum de incarnatione, de quo tunc temporis cum magna animorum contentione disputabatur, accurate exponeret, sed peculiarem quoque de hoc argumento librum componeret, cujus autem non nisi Fragmenta quædam ætatem tulerunt. Plures sine dubio scripsit libros, cum jucundo hoc otio abundaret. Sunt enim inter multos illos quos reliquit, nonnulli, de quibus satis certo constat, eos non ante concilium Chalcedonense tempora, seu, quod idem est, ante pacem et quietem Nostro tandem restitutam, esse compositos. Falluntur itaque Baronius et Sirmondus, qui putarunt, Theodoretum brevi post concilium illud tempore ann. C. 455 fatis functum esse. Contra hos pugnat in primis Gennadius, qui testatur, Nostrum in vita adhuc superstitem fuisse cum regnum capesseret Leo imperator, sicque ann. C. 457. Argumentum quod ex Chronico Marcellini duxit Labbeus, minus tutum esse videtur, quia in Chronico isto temporis nota haud satis determinata est. Multo minus insistendum esse videtur illis quæ e Theodori Lectoris Collectaneis Garnerius Auct. p. 148, attulit, ut probaret, Nostrum ann. C. 458 ex hac vita discessisse: quæ enim de Jacobo Thaumaturgo ann. C. 458 adhuc superstiti narrantur, vago Evagrii testimonio nituntur. Tutissimum itaque esse putamus, obitum Theodreti ann. C. 457 referre cum Tillemontio et aliis.

Hoc, ut putamus, anno, in pace Ecclesiæ obdormivit, et charam sui memoriam reliquit omnibus, qui libero a præjudiciis animo dignum [28] meritis statuebant pretium. Eandem tamen post fata etiam expertus est sortem, quam dum viveret, habuit valde iniquam. Ultima quidem rerum linea mors dicitur, et de mortuis non nisi bene dicendum esse sapienter præceperunt majores, sed Nostro non licuit esse adeo felici, ut illæsa post mortem frueretur fama. Redeundum itaque nobis est ad historiam cujus finem jam attingisse videbamur. Quam fieri potest, paucissimis adhuc enarrantis sunt motus, qui per integrum et quod excurrit sæculum turbarunt Orientem. Quæ solet esse magnorum virorum conditio, ut si vita excesserunt, piis eorum manibus haud raro insultent illi, quibus ora et linguas solvisse videtur defuncti obitus, cadem

quoque fuit sors Theodoretii. Vix enim e vita disceserat, cum Eutyechiani, qui aegre ferebant non Eutyechis tantum sed Dioscori quoque jacturam, acerbissimis calumniis viri optimi, imo totius synodi, Chalcedonensis memoriam male ad posteros commendare anniterentur. Si Victori Tunonensi et Evagrío, quem utrumque tamen parum fidum esse novimus, credendum sit, Anastasio imperante duæ congregatæ sunt synodi, Constantinopoli una, Sidone in Palæstina altera, in quibus damnata est Nostri memoria. Sed cum satis obscura sit utriusque synodi istius historia, utilius operam nostram collocabimus, si illis potissimum inhæremus, quæ ad invidiosam de tribus Capitulis controversiam pertinent. Turbarum quas Eutyechiani excitaverant pertæsus Justinianus imperator, qui fidei suo tempore acerrimus erat propugnator, pacem Ecclesiæ reddere voluit scripto contra Acephalos sive Eutyechianos directo. Hoc cum meditaretur, a Theodoro Cæsareæ hoc tempore episcopo, sibi persuaderi passus est, ut calamum potius contra sic dicta tria capitula, hoc est, contra Theodori Mopsuesteni, Theodoretii nostri, [29] et Iba Edesseni scripta, verteret. Ita enim se effecturum esse sperabat, ut Eutyechiani ad Ecclesiam catholicam redirent, et synodum Chalcedonensem amplecterentur. Imperator, etsi magnopere huic concilio faveret, tamen, quia non alio modo pacem Ecclesiæ reddi posse existimabat, promulgavit decretum, quo tria ista Capitula ut impia et blasphemata damnabantur. Votorum se compotes factos esse lætati sunt Eutyechiani, et Theodora Augusta quæ illis nimium favebat. Quo minus tamen ex votis cederet consilium, obstitit Occidentalium et præcipue Vigilii, Romanorum tunc episcopi, dissensus. Et dolendum sane est, Vigilium justam tandem deseruisse causam, quam tueri omnino potuisset. Inconstantiam ejus, de qua legenda est Dissertatio theologica, quæ haud ita pridem Præs. S. V. Schuberto ann. 1766 Gryphiswaldiæ proditi, satis testatur Historia sic dictæ synodi quintæ, seu concilii œcumenici quinti, quod in hac præcipue causa Constantinopoli convocatum est. Etsi Vigilius de bona causa quam defendendam habebat, ipsemet convictus, et ab Afris, Sardis, Illyricisque magnopere rogatus esset, ne in trium Capitulorum damnationem consentiret, tamen famoso illo, ut dicitur, *Judicato* assensum professus est. Nec Orientalibus nec Occidentalibus hoc indignum se approbare potuit facinus, quod imprimis Illyricorum, Afrorumque contra Vigilium excitavit odia, ne de Facundi justissima ira quidquam dicamus. Unam omaem rei memoriam delere potuisset *Constitutio*, quod deinde edidit, ex quo hæc pauca tantum hoc loco inserenda sunt verba, quæ ad Nostrum se referunt, et ita se habent: « Statuimus atque decernimus, nihil in injuriam atque obtreptionem probatissimi in Chalcedonensi synodo viri, h. e. Theodoretii episcopi Cyri, sub taxatione nominis ejus a quoquam fieri vel proferri. » Sed

A quis non miretur summam viri inconstantiam, quæ tanta fuit, ut brevi post editum *Constitutum* tempore hoc iterum revocaret, non erga illos tantum quorum causa agebatur, sed erga seipsum quoque et famam suam maxime injuriis. Testem hujus rei habemus epistolam quam ipse dedit ad Eutyechium Urbis regis episcopum, quæ exstat in Actis synodi Constantinopol. apud Harduinum, tom. III, p. 215 seqq. Garnerio autem a deo displicuit illa, ut in suis ad quintam synodum observationibus Liberati Breviario sub junctis, [50] magno quidem sed irrito conatu, ejus vobis nobis persuadere tentaverit. Vita ann. C. 555 defunctus Vigilius litem istam successoribus prosequendam reliquit, de horum autem successibus jam dicere nihil attinet.

Reliquum est, ut de scriptis, quæ Theodoretus magno numero reliquit, generatim dicamus: in quibus recensendis eundem tenebimus ordinem, quo tum in Sirmoudiana, tum in nostra editione se excipiunt. Primam eamque maximam horum librorum partem constituunt Commentarii, quos in sacram Scripturam tum Veteris tum novi Testamenti exaravit. In hoc litterarum genere magnopere excelluit Noster, quippe qui, judice Photio, at quanto viro! (cod. 203) palmam præripuit Hippolyto aliisque plurimis, sive ad dictionem ejus respexeris, quæ puris et significantibus vocibus abilita quæque revelat et jucunditate delectat, sive methodum ejus spectaveris, cujus hæc est præcipua laus, ut sine omnibus ambagibus ea quæ scire attinet, perspicue et ornate proponat, iis tamen non prætermittis quæ ad lectorem informandum facere possint. Ita fere judicat Photius, l. e., ubi Nostri Commentarios in Daniele iis exornat laudibus, quæ ad omnes ejusdem generis libros ab hoc auctore conscriptos merito applicari debeant. [31] Primum inter illos locum occupant *Quæstiones in Octateuchum* sive in V libros Mosis, in librum Josuæ, Judicium et Ruth. His statim adjungimus *Quæstiones*, quæ proximum tenent locum, in *libros Regum* (notum, in Bibliis Græcis libros Samuelis accenseri libris Regum) ac *Paralipomenon*: hæc enim cum illis conjunctæ olim fuisse videntur, a Photio saltem in uno codice (205) lectæ sunt *Quæstiones* priori loco commemoratas inscripsit εις τα βιβλια της θειας Γραφης, quem titulum ut operi egregie congruentem laudat Photius. Eundem quoque cum modo loquendi hujus scriptoris convenire, ostendi potest e quæst. 28 in librum Judicium, ubi πόρον εύρισκειν εν ἀπόροις Nostro idem est quod: in re dubia exitum invenire. Docet itaque primo intuitu inscriptio, has *Quæstiones* non ad universos hosce libros, sed ad obscuriora duntaxat loca pertinere. Et in hoc quidem positum est discrimen, quod inter hos et reliquos Theodoretii Commentarios sacros intercedit. Illi enim qui sequuntur, continuum in universos libros sive Vet. sive N. T. exhibent Commentarium, hi priores autem non nisi obscuriorum locorum interpretationem complectuntur.

Singularis vero et quæ non omnibus se approbavit, A est methodus, quam in hisce libris adhibuit auctor, per quæstiones earumque solutiones lectorem instruens. Sed rationem ejus in Prologis aperuisse videtur, ubi Hypatium, cui uterque liber inscriptus est, nunc καλῶν φίλων, nunc vero ἐρασμιώτατον vocat, utpote quo familiariter utebatur. quemque ultimis vite sue annis, in quos æra horum librorum incidit, lateri suo adherentem, et in munere episcopali laborum socium habebat. Senem quoque, et assiduo in scrutandis sacris Litterisposito studio exercitissimum doctorem decebat ista methodus. Ultimos autem hos esse librorum a Nostro [32] elaboratorum haud vana, ut putamus, conjectura statuitur, quia nec in ullo alio, nec in epistolis suis, illorum mentionem fecit, quod tamen in Epistola, quam ad Leonem Romanorum episcopum ann. C. 449, ut supra evictum dedimus, scripsit, imo etiam in ea quæ ad Eusebium Ancyranum directa est, ad sui defensionem facere potuisset. Quod reliquum est, in his ut in aliis Theodoretii libris quædam occurrunt, quæ Theodorum Mopsuestenum auctorem habent, alia quæ ad Origenem, alia quæ ad Diodorum Tarsensem jure referri debent. Haud raro enim culpa eorum qui Catenas e scriptis horum Patrum congesserunt, accidit, ut quæ unius sunt, alteri tribuantur, quod in primis de illo quem priori loco nominavimus, necnon de Theodoro Heracleota valet, ut jam observatum est a Montfauconio Palæogr. Gr. p. 347.

Commentarii in Psalmos nulla quidem apud Photium fit mentio: tamen, quia plura sunt Theodoretii scripta, quorum ille non meminit, hujusque præstantissimi operis in aliis libris quos ipse Photius commemorat, discrete injicitur mentio, non dubitandum est, quin ad Nostrum jure pertineat, cui etiam a Nicephoro *Hist. eccles.* lib. xiv tribuitur. Ipse auctor pro suo agnoscit hunc librum in epist. 82 quæ ad Eusebium Ancyranum scripta est, necnon quæstione 43 in librum secundum Regum. In Proœmio docet, qua interpretandi ratione usus sit, ut censuram effugeret, quam alii meruerant. Tria in primis ab eo notantur vitia, suppressis tamen, ne modestiam [33] læderet, scriptorum nominibus. Primo reprehendit nimium allegoriæ studium, quod in Apollinarium dictum esse putant Dupinius ac Garnerius. Deinde impugnat eos qui omnia vaticinia ad Judæos referunt, quin quidem accusationem ad Theodorum Mopsuestenum spectare satis aperte loquuntur ea quæ in actis synodi v, collat. 5, ex Hesychio Hierosol. leguntur apud Hard. l. c. tom. III, p. 104. Denique nimiam aliorum prolixitatem arguit, ad Chrysostomum sine dubio respiciens, quem in hoc, ut in plerisque aliis libris præ reliquis secutus est, ita tamen ut brevitati quam maxime studeret. Hac via ingressus felici successu labore hoc defunctus est, simulque hanc laudem meruit, ut critica diligentia alios sui temporis interpretes superaverit. Adhibuit enim Aquilæ, Sym-

machi et Theodotionis versiones, quarum multa fragmenta ex hoc in primis Commentario petiit Montfauconius, qui etiam pag. 10 Prælim. ad Collectionem novam Patrum observat, Nostrum, etsi ab Eusebianis Psalmorum interpretatione plerumque deflectat, tamen subinde illam fere ab verbum xprimere, etsi breviori, ut plurimum, stilo. Idem Nostro quoad Chrysostomum objecit Garnerius Auet. p. 184. Sed utrumque non adeo miramur, cum satis constet quanta in Catenis facta sit nominum permutatio, quæ eo facilius locum invenire potuit, quo magis, teste Nicephoro l. c., Theodoretus stilum suum ad Chrysostomi exemplum formare studuit; quo factum est, ut si in codicibus passim nomen auctoris loco quodam neglectum esset, ne peritissimi quidem librarii satis certi fuerint, sitne ad hunc an ad illum referendus. Et quod in primis ad locum psal. l, 7, a Garnerio prolatum attinet, verum quidem est, pene eadem legi apud Chrysostomum (edit. Savillii t. I, p. 709 seq.): nolimus tamen in Variantibus textui subjectis quidquam de hoc loco monere, quia in codice Augustano quem tertium dicere consuevimus, et qui Catenam in Psalmos, ut in Præfatione pluribus indicatum est, continet, non Chrysostomi sed Nostri nomen ascriptum vidimus. [34] His tantum adjicimus, ex epistola 82 ad Eusebium scripta recte colligi posse, hunc librum inchoatum esse ann. C. 435

Ordine proximus est *Commentarius in Canticum canticorum*. Talem a se scriptum esse, ipse quidem Theodoretus in Prologo quem Psalmis præmisit, testatur; num vero is quo nunc utimur, jure ad illum pertineat, multis disputatum est. Recensebimus itaque paucis argumenta, quæ ab utraque parte in scenam producta sunt. Qui genuinum hunc fetum esse negant, objicere solent, auctorem in Proœmio de Chrysostomo ut vivo loqui, in Theodorum Mopsuestenum gravius invehi, de se ut de homine civilibus ac militaribus negotiis admodum distracto loqui, et de Manasse quædam tradere, de quibus ne γὰρ quidem apud Nostrum exstet. His addunt tum prolixitatem in dicendo, tum Nostri de hoc opere silentium, ubi de scriptis loquitur in quibus suam de incarnatione fidem testatus est, tum denique Catenarum auctoritatem. Ita paucis complectimur quiddid contra hunc librum dictum esse novimus. Hæc argumenta, etsi minus firma sint, tamen apud Caveum ac Garnerium tantum valuerunt, ut suum illis adjecerint calculum. Imo parum abfuit quin Garnerius in locum hujus libri alium substitueret fetum, quem Auctario suo insere promisit, pag. 258; verum his promissis non stetit, vel stare noluit, qui operis perficiendi curam post Garnerii obitum in se suscepit. Videamus autem, qua ratione omnis ista argumentatio refutari, et genuina libri indoles defendi possit. De Chrysostomo, etsi vita jam defunctus esset, jure dici poterat, ὁ τοῖς βέλμασι τῆς διδασκαλίας μέγχι καὶ

τῆμερον πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀρδεύων vivebat enim in scriptis suis quorum fama tunc universum [35] orbem impleverat. Si verum est alterum, quod in Theodorum Mopsuestenum, quem alioquin magni faciebat, invehatur, hoc sane veritatis amorem et a partium studio liberum testatur animum: idem enim, ut jam vidimus, fecit in suo ad Psalmos Proœmio. Sed nondum satis liquet rei veritas. Nititur scilicet tota accusatio auctoritate Pelagii II, aut potius Gregorii M., qui in epistola tertia ad Eliam Aquileiensem et episcopos Istriæ scribit. « Cum Theodorus (Mopsuestenus) Canticum canticorum vellet exponere, Salomonem per hunc librum Æthiopissæ reginæ blanditum esse professus est: quod Theodoretus reprehendens nomen quidem Theodori suppressit, sed tamen vesaniam patefecit. » Tale autem apud Theodoretum l. c. non legimus. In eos tantum invehitur, qui vel putarunt, Salomonem de se ipso et Pharaonis filia in hoc libro loqui, vel pro Pharaonis filia Alisai Sunamitidem substituerunt. Nihil itaque de Æthiopissa regina hoc loco dictum deprehendimus; quæ tamen opinio, si illa Theodori sit, sub generali *fabularum anilium* nomine, quo Noster h. l. utitur, comprehendi potuit. Sunt enim omnino anilia et Christiano doctore indigna, quæ ex Theodori illius in hunc librum Commentariis exstant Fragmenta; apud Harduinum l. c. p. 88 seq. Sed ad ea progrediamur, quæ tertio loco objiciuntur. Si auctor horum Commentariorum multis non modo ecclesiasticis, sed civilibus quoque ac militaribus curis se distrahi questus est, non mirabuntur, qui e litteris Theodreti jam supra allegatis noverint, quantos labores quantaque pericula sustinuerit, ut perditos mores eorum emendaret, quorum curam sibi demandatam habuit. Gravius itaque sibi, quam militum ducibus, impositum onus ægre ferebat: omni enim adhibita diligentia vix petulantiam [36] hominum istorum coercere poterat. Ita rem expedire, et, si opus esset, tropicam quamdam dicendi rationem in his auctoris nostri verbis admittere mallems, quam absque historiæ fide cum nonnullis asserere, Cyresticam regionem eo tempore præsidiariorum militum effusa licentiâ misere turbatam fuisse. Porro, quod Manasses, rex impius, magnam sacrorum Librorum partem combusserit, ut in Proœmio ad hunc Commentarium dicitur, nullo quidem in loco a Nostro alibi asseritur, sed num omnia uno eodemque loco dicere necesse erat? Multa in suis ad libros Παρθολογιον Commentariis supplevit, quæ in illis ad libros Regum eodem jure dicere potuisset, si necessitas hanc legem illi imposuisset. Quod prolixius in hoc quam forsitan in aliis libris meditationes suas exposuerit, dandum est non argumenti tantum, quod multum difficultatis habebat, conditioni, sed temporis etiam quo scripsit. Haud male enim ex ipso hoc paululum diffusio dicendi genere colligitur, hunc librum esse unum ex primis quos Noster composuit. Usu enim, ut fieri solet, acqui-

ritur peritia, multa paucis dicendi. Quod vero hujus libri nullam fecerit mentionem, ubi opus esse videbatur ad defendendam suam de incarnatione doctrinam, parum efficiet. Sive enim eo tempore Theodoro parcendum, sive hoc fidei suæ documento haud opus esse existimaverit, libera illi omnino fuit optio locorum quibus fides defendenda esset. Catenarum denique adeo nos non movet auctoritas, ut parum ab hoc argumento metuendum sit cause nostræ. Parvus est Catenarum in Canticum canticorum numerus, nec inter illas est quædam cujus memoria sit adeo obscura, quam ejus, quæ a Garnerio adducitur, et Neophyto cuidam tribuitur. Dantur tamen quædam, in quibus frequenter sunt Origenis aliorumque cum quibus Nostrum [37] sæpius permutatum esse novimus, citationes, ut in illa quam Meursius edidit Lugd. Bat. a 1617. Facillime itaque potuit fieri, ut in hisce Catenis, quarum parvus est numerus, Nostri desideretur memoria, sive temporis hoc factum sit injuria sive librariorum negligentia. Hæc omnia itaque nos non impedient, quominus hunc Commentarium Nostro vindicemus. Ita enim jubet auctoritas codicum, quibus olim jam usi sunt Zinus ac Sirmondus, et magna quæ inter hunc aliosque Theodreti libros intercedit affinitas. Illustre ejus exemplum dat locus ille Ezechielis, qui in Proœmio ad hunc librum eodem modo, ut in Nostri ad hunc prophetam Commentario explicatur,

Proximum locum tenent *Interpretationes sedecim prophetarum*, Isaïæ scilicet, Jeremiæ (cui subjuncti sunt Threni et liber Baruch), Ezechielis, Danielis et duodecim prophetarum quos minores dicunt. Non eodem ordine scripti sunt Commentarii isti quo se excipiunt. Danielem primum fuisse quem Theodoretus interpretatus est, ipse in Præfatione ad librum illum monuit, causamque optionis suæ a Judæorum erga hunc prophetam odio petiit. Proximus fuisse videtur Ezechiel, de quo saltem ex Præfatione ad Jeremiam constat, in eum prius commentatum esse Nostrum quam ad Jeremiam illustrandum se accingeret. Quo ordine ad reliquos progressus sit, haud satis liquet: hoc tamen ex ipso auctoris testimonio perspectum habemus, ultimum horum laborum fuisse Commentarium in Threnos, cui his verbis finem fecit auctor: « Hanc etiam aliis propheticis libris adjicimus interpretationem, adeo ut per Dei gratiam nullam prophetiam interpretationis expertem reliquerimus. » Magnopere dolendum est, haud integrum [38] ad nos pervenisse Commentarium in Isaïam, cujus non nisi laciniæ habemus. Quæ Sirmondus e Catenis congeçssit, non omnia ad Nostrum pertinent, sed magna ex parte ad Theodorum Mopsuestenum, et, nostra adhuc est conjectura, ad Eusebium Cæsariensem referenda esse videntur. Antequam ad reliquos libros progrediamur, paucis monendum erit, errasse Garnerium, si Auct. p. 188, exeunte capite quarto refert, Nostrum in Commentario ad extrema verba Jeremiæ

prolixè adversus Apollinarii errores chiliasticos A disputasse. Sed disputatio ista non hoc loco, sed in fine Commentarii ad Ezechielem exstat, cui adjungenda sunt illa quæ ad finem Commentarii in Aggeum leguntur.

Utiles in primis sunt *Commentarii in XIV Epistolas sancti Pauli*, a Nostro tanta cum laude compositi, ut magnopere dolendum sit, reliquos Novi Fœderis libros non eundem nactus esse interpretem. Exstant autem nonnisi pauca Commentariorum in quatuor Evangelia fragmenta, quæ recensuit Monifauconius in Bibliotheca Coislin. Horum duo commemorat in Matthæum, p. 75 et 247, e Cod. Coisl. 24 et 195. Nonnulla in Lucam p. 251, e Cod. Coisl. 201, et p. 376 seq.; nonnisi unicum vero in Joannem, p. 68, e Cod. 23. In Matthæum quædam e Nostro congressit Petr. Possinus in *Catena Patrum Græcorum in sanctum Matthæum edita Tolosæ a. 1646*. Exstant etiam nonnulla Theodoretæ, sed Latine tantum, in Corderii *Catena in sanctum Lucam Antuerpiæ ann. 1623 edita*. Plura autem in Bibliothecis regis Galliæ superesse haud incertis indicis novimus. Qui vero inter nos superstites sunt in *Epistolas sancti Pauli Commentarii*, integram et continuam exhibent interpretationem, quæ unica in se complectitur, quidquid eleganter et apposite ad litteralem horum librorum sensum explicandum dici debuit. Nec alia a Nostro expectari potuerunt, [39] cum præceptore usus sit Chrysostomo, et Theodoro Mopsuesteno, qui posterior in explicandis N. T. libris felicior fuisse dicitur quam in scrutando sensu librorum V. T. Ad utrumque pertinere videntur, quæ Noster in limine Proœmii haud minus modeste quam honorifice monuit, verendum esse, ne sint, a quibus temeritatis accusetur, quod post *hunc et illum qui totius orbis sint lumina*, audeat ad apostolicorum scriptorum interpretationem accedere. E veteribus solus est Nicephorus, qui l. c. egregii hujus scripti mentionem iniecit: ipse vero auctor tum in Epistolis suis passim, tum quæstione prima in Leviticum ejus meminit. Dubitari itaque non potest, librum istum jure ad Nostrum referri: quo autem anno scriptus sit, minus certum videtur. Dolendum est, utramque illam epistolam, quæ inter reliquas Scriptoris nostri litteras agmen ducit, non satis distinctam habere temporis notam, quæ si nobis suppeteret, nullus controversiæ relinqueretur locus. Misit enim amico illi, ad quem directa est epistola prima, hos suos in apostolicas epistolas Commentarios, rogans, ut mentem de istis libere aperiret. Præterea in suis ad Eusebium Ancyranum et Leonem Romanorum episcopum litteris (epist. 82 et 115) hujus æque ac aliorum, qui eo tempore jam exstabant, librorum meminit quidem, sed nimis vage: recenset enim scripta omnia quæ tum ante synodum Ephesinam, tum primis post illam duodécim annis exposuerat. In primis in posteriori loco obscura est temporis nota, quia generaliiori librorum indici

